Het Vinden vande boeck Druckerye

יהוה

Het Vinden vant Compas

DUCATUS.

BRABANTIA

LIMBURGUM

CO. FLANDRIA

HANNONIA

ZEELANDIA

ZUTPHANIA

DO. FRISIA

MECHLINIA

TRAIECTU

TRANSISU

GRUNINGA

DUCATUS.

GELRIA

LUXENBURG

ARTESIA

HOLLANDIA

NAMURCUM

ANTWERPIA

RATIO

PETRI KÆRII GERMANIA INFERIOR

id est,

XVII Provinciarum ejus novæ et exactæ Tabulæ Geographicæ, cum Luculentis Singularum descriptionibus additis.

à Petro Montano.

AMSTELODAMI impensis Pet. Kærii. 1617.

verſim XII, ſed parochica tantum III; quorum antiquiſſimum formæ rotundæ, ac arcis in modum validis parietibus ſtructum, *Walburgi* virgini ſacrum: cum puteo perennis, & ad ſummi labri altitudinem perpetuo ſcaturientis aquæ: alterum ab amne dictum, in extrema fori piſcarij area ſitum: tertium *Martinianum* longe ſplendidiſſimum foro præcipuo accubans, cui turris imminet firmiſſimi operis, ac ob altitudinem raram etiam nunc quamvis faſtigio excelſo mutilata vi ignis, late ſpectabilis. Ex cæteris quæ Monaſticis familijs dicata ſunt, duo quoque peregregia & ſplendida, *Franciſcanum* in Vrbis fere medio, & *Dominicanum* Iacobæi Ordinis: reliqua ejus generis & quæ cum Prochodocheis cohærent, minora. Verum vix quicquam urbe tota jucundius, quam frequentium hortorum & frugiferarum arborum inſignis amœnitas in ipſius urbis ſinu, paſſim ædificijs interjecta, & ſe proferens, aſpectu pariter & uſu delectabilis. Annonæ forum in urbe omnis generis copioſiſſimum quotidie, atque ex eo pretij pene vilitas. Quod ſane ex jure illo per fœdera olim acquiſito, & per longiſſima temporum ſpatia uſurpato hactenus, non minima ex parte exiſtit. Adjuvat etiam plurimum, fluminum aut rivorum oportunitas, omni ab regione agri ad Vrbis hujus mœnia humana opera coëuntium, atque hinc in diverſa ſupra infraque porrectorum. E quibus is fluviolus qui collectis ad urbem Groningam per diverſos ex Drentia & Fredovaldijs venientes rivos aquis paluſtribus, ubi primum per V paſſ. millia longe ab urbe ad VVinſumum vicum peramplum, in Septemtrionē curſum direxit, inde pari fere ſpatio, aut paullo etiam majore in Occidentem reverſus, atque interim toto itinere pluribus etiam emiſſarijs auctus, & miris perplexis flexibus ſinuoſus, in Lavicæ æſtuarium ſatis profundo alveo ſe ejicit, aggeribus ad exitum utraque a ripa præcinctus contra exundationes majorumque navigiorum ad mœnia uſque Vrbis patiens, haud parvo civium commodo. Rivum vulgo vocant ab arundinibus cognomine impoſito. Alter ab Vrbe contra æſtivum fere Ortum defluens, & ipſe non lenunculis ſolum & ſcalmis, ſed actuarijs quoque mediocribus navigabilis, aſſiduiſque remigantium aut velificantium commeatibus perſtrepens, ſpatio II milliar. Germanicorum ac dimidij confecto per Frivilingios in Amaſum exiens ad locum cui Delffilæ nomen a canalibus, per quos exit, datum: quo loco portum efficit toto eo latere commodiſſimum, ac pene unicum. Forma Reip. in urbe Ariſtocratica eſt, Democratiæ mixta: quam ſicui cognoſcere atque aſpicere propius libuerit, is neque abſurdam eſſe, neque contemnendam deprehendet. Magiſtratus, quive alij partem aliquam Reip. tractant, per ſuffragia lecti omnes, alij bienne, alij annuum munus habent, pauci perpetuum. In his Senatus XVI-Virum, e quibus Conſules IV, cæteri Senatores toti Reip. præſidens: IV-Viri Iudices cum Legato Regio, prætoriam poteſtatem habentes in omnem agrum vicinum, ex ordine fere conſularium: Concilium delectorum juratum XXIV-Viris conſtās, & in his III-Viri concilio præfecti, ejuſdemque oratores: Omnes media ſui parte collegijs ſuis decedentes quotannis, totidemque alijs ſurrogatis locum dantes, quos ſorte ducti e Concilio jurato viri IV in Senatorio ac ſuo ordine legunt, ſenatus vero in ordine Iudicum, & hos fere conſulatu tum abeuntes. Deinde Ædiles tribunitiæ poteſtatis II, velut plebis patroni, imprimis interceſſionis jure pollentes, a collegiorum plebejorum præfectis deſignati quotannis, aut etiam, ſi operam ijs probarint ſuam, in munere eodem continuati: tum ipſi collegiorum horum Præfecti, terni in collegijs ſingulis, a quibus ſimiliter ipſi quoque quotannis eduntur, numero omnes LIV, quorum XVIII Seniores, qui auctoritate præſtant, ſinguli nimirum ſingulis in collegijs, cæteri capita collegiorum vulgo dicuntur: præterea VIII-Viri duplices, hi mercantium & vendentium, itemque navicularіorum controverſijs cognoſcendis præpoſiti olim, ac in his Senior, actor in collegio præcipuus, juriſque civium in mercando advocatus ac aſſertor: alteri, regionum urbis magiſtri, bini in regionibus ſingulis, cenſuræ civium præfecti, providenteſque nequis ædificans, aliudve ejuſmodi faciens opere ſuo publico privatove alterius juri officiat, ne quid impedimenti deducendis aquis aut ſordibus in civitate exiſtat. Denique Sclopettariorum Præfecti IV a Senatu creati, curare ſoliti non ſolum ad arma civium & eorum diſciplinam quæ pertinent, ſed etiam ne quid a piſtoribus aut ijs qui cerviſiam coquunt, fraudis committeretur, ne qua iniqua pondera menſuræve in officinis haberentur. Quæ omnia nunc ad centuriones opidanos VIII, qui his ſucceſſere, tranſlata ſunt. Cæteros mitto. Populus opidanus moribus comis, blandus, ſolers, induſtrius, a literarum cultu & captu non abhorrens, neque abjecte de ſe ſentiens, ideoque in veſte & victu ſumtuoſus, imperij cum primis avidus, ac ejuſce gratia quidlibet ſuſcipiens & perferens: pertinaciſſimus vero in tuendo jure ſuo & libertate contra oppreſſores, & cuncta potius quam ſervitutem perpetiens. Patria hæc fuit *Rodolphi Agricolæ* Viri ſuo ſeculo doctiſſimi, ſcripſit in Logicis, Rhetoricis, Phyſicis, Poeſi, libros eruditos. Claruit obijtque Heidelbergæ, Anno CIↃCCCCLXXXV. Epitaphium ei fecit Hermolaus Barbarus, quod Viglius Zuichemus monumento addi juſſit, hac formula.

Invida clauſerunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Friſij ſpemque decuſque ſoli:
Scilicet hoc vivo meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Eidem civitati originem acceptam referūt *Weſſelus* ſive *Baſilius*, & *Reinerus Predinius* Theologi & Philoſophi celebres. Groninga II Milliarium intervallo diſſidet *Dammona* ſive *Damma* cognomē rivo tribuens ad II paſſ. millia ab Amaſi ripa loco felice ſitum. Opidum a rivo ipſo diviſum, amœnum & ædificijs præclaris, ſed nullo moenium honore, id quod Groningenſium livori ſe debere queritur: Quorum contentione factum ſane, ut bis terve jam C proximos intra annos excitatum in ambitu ejus vallum in nihilum ſemper reciderit. Reliqua per agrum vici tenent ſingulis cum fanis plus minus CIX, quorum non pauci ea magnitudine & cultu ſunt, ut opidula videri poſſint. Inter hos quæ nominata jam ante cum portu ſuo *Delffila*. Et hæc quidem multo impendio & labore, decreto Ordinum Belgicorum ſuperioribus annis vallo et foſſa circumductis ſpatioque ampliato in Opidi pene juſti modum redigi cœpta, ad premendos atque in ordinem cogendos Groningenſes. Ordines Groningenſium II conſtant membris, quorum prius eſt Vrbs ipſa cum Magiſtratu urbano: alterum Nobiles ejus tractus quem *Ommelanden* vocant, tum & ij quos Adhærentes appellant, conſtituunt.

BRITISH 11 MY 1916 MUSEUM

A BRITAINE

A ROMANE

A SAXON

BRITANNIA

A DANE

A NORMAN

THEATRUM IMPERII MAGNÆ BRITANNIÆ,

Exactam Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ et Insularum adiacentium Geographiã ob oculos ponens:

una cum

Comitatibus, Centurijs, Vrbibus et primarijs Comitatũm oppidis, intra Regnum Angliæ, divisis et descriptis.

OPUS,

Nuper quidem à IOHANNE SPÉDO *Cive Londinensi, Anglicè conscriptum:*

Nunc verò,

à PHILEMONE HOLLANDO, *apud Coventrianos Medicinæ Doctore, Latinitate donatum.*

IMPRINTED AT LONDON

Excusum apud Ioann: Sudbury

& Georg: Humble.

Anno
Cum Privilegio
1610

And are to be solde by Iohn Sudbury *&* Georg Humble, *in* Popes-head alley *at ỹ signe of ỹ* white Horse.

BRITISH MUSEUM

BRITANNICVM IMPERIVM

CONTINET,

HODIEQVE POSSIDET HÆC TOT TANTAQVE *REGNA* ET *PRINCIPATVS*,

QVAE IN HOC THEATRO NOSTRO DESCRIBVNTVR.

Regnum ANGLIÆ, *antiquitùs regnà ſeptem præclara continens.*	Regnum *Cantij.* Regnum *Auſtralium Saxonum.* Regnum *Occidentalium Saxonum.* Regnum *Orientalium Saxonum.* Regnum *Northumbrorum.* Regnum *Orientalium Anglorum.* Regnum *Merciæ.*
Regnum SCOTIÆ, *olim hæc tria regna complectens.*	Regnum *Scotorum.* Regnum *Pictorum.* Regnum *Inſularum.*
Principatus WALLIÆ, *primitùs hæc tria regna comprehendens.*	Regnum *Walliæ Septentrionalis, ſive Venedotiæ.* Regnum *Powiſiæ.* Regnum *Walliæ Auſtralis, ſive Demetiæ.*
Regnum HIBERNIÆ, *quondam hanc Pentarchiam, ſive quinque regna in ſe habens.*	Regnum *Momoniæ.* Regnum *Lageniæ.* Regnum *Mediæ.* Regnum *Connactiæ.* Regnum *Ultoniæ.*
Regnum MANNIÆ, *ſive Mona* (Cæſaris.)	Vna cum Inſulis adiacentibus:

BRITISH MUSEUM

Romane Emprours

Heathē Britaines

Christiā Britaines

Kentish Saxons

Heathē west Saxons

Christiā west Saxons

First Saxon Monarks

South Saxons

Later Saxon Monarks

East Saxons

Norman Kings

East Angles

Andegavion Kings

Mercian Kings

Kings of France

Northumberland

Kings of Scotland

Danish Kings

King of Man

Cornish Kings

First Kings of Wales

Later Kings of Wales

Welsh Princes

Kings of Ireland

HONI SOIT QVI MAL PENSE

DIEV ET MON DROIT

THE ACHIEVEMENT OF OUR SOVERAIGNE KING IAMES AS HE NOWE BEARETH

With the ARMES of the Severall kings that have aunciently raigned within his nowe Dominions

Jodocus Hondius Flander celavit
Anno Domini 1614

CELSISSIMO
AC POTENTISSIMO MONARCHÆ
IACOBO,

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ REGI; CONSTANTISSIMO ET LITERATISSIMO FIDEI DEFENSORI; BRITANNICI IMPERII PROPAGATORI, EIDEM AC VNITORI; BRITANNICI NOMINIS RESTAVRATORI; PERPETVÆ PACIS TAM IN ECCLESIA QVAM IN REP. FVNDATORI; VIRTVTVM OMNIVM, ARTIVMQ; PRÆCLARARVM, ET PRINCIPE DIGNARVM VERE PRÆSIDI:

IOHANNES SPEEDVS,

MAIESTATI EIVS HVmilimus & fideliſsimus Subditus Servuſque, hos Labores ſuos, tantæ licet tamque Imperialis Maieſtatis aſpectu indignos,

CONSECRAT.

Romane Emprours

Heathē Britaines

Christiā Britaines

Kentish Saxons

Heathē west Saxons

Christiā west Saxons

First Saxon Monarks

South Saxons

Later Saxon Monarks

East Saxons

Norman Kings

East Angles

Andegavion Kings

Mercian Kings

Kings of France

Northumberland

Kings of Scotland

Danish Kings

King of Man

Cornish Kings

First Kings of Wales

Later Kings of Wales

Welsh Princes

Kings of Ireland

SOIT QVI MAL

DIEV ET MON DROIT

THE ACHIEVEMENT OF
OUR SOVERAIGNE KING IAMES
AS HE NOWE BEARETH
With the ARMES of the Severall kings
that have aunciently raigned within
his nowe Dominions

Jodocus Hondius Flander celavit
Anno Domini 1614

CELSISSIMO
AC POTENTISSIMO
MONARCHÆ
IACOBO,
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ,
ET HIBERNIÆ REGI; CONSTAN-
TISSIMO ET LITERATISSIMO
FIDEI DEFENSORI; BRITANNICI
IMPERII PROPAGATORI, EIDEM
AC VNITORI; BRITANNICI NO-
MINIS RESTAVRATORI; PERPETVÆ
PACIS TAM IN ECCLESIA QVAM IN
REP. FVNDATORI, VIRTVTVM
OMNIVM, ARTIVMQ; PRÆCLA-
RARVM, ET PRINCIPE
DIGNARVM VERE
PRÆSIDI:

IOHANNES SPEEDVS,
MAIESTATI EIVS HV-
milimus & fideliſsimus Subditus Ser-
vuſque, hos Labores ſuos, tantæ licet tamque
Imperialis Maieſtatis aſpectu indignos,
CONSECRAT.

BRITISH MUSEUM

BENEVOLO
AC CANDIDO
LECTORI.

Tam arduum excitandi hujus ampli ac operoſi Theatri *molimen & conatus fuit, cujus vel ſola Ichnographia promptiſſimam optimi Artificis manum meritò ſanè ac ſuo jure expectare potuiſſet, ut in ipſa primæ delineationis ejus ſciographicæ inchoatione, velut omninò deterritus, meipſum & rebus & rationibus minimè inſtructum, longéq; operi tam magnificè inſtituto, vel ædificando vel ornando imparem ſenſerim. Quem autem in modum Deus Opt. Max. tum mihi animum ad hoc opus inchoandum aptaverit, ſeu potiùs ingentem potentiam ſuam in mea infirmitate perſpici voluerit, nunc demum aliqua ex parte innoteſcit ; fabricâ illius in hanc altitudinem ſurrectâ, quæ hîc à Prælo conſpiciendam ſe in lucem attollit. Quàm gratum verò oculis tuis (humaniſſime Lector) hoc futurum ſit, animi pendeo : cùm tot in hoc genere Architecti præceſſerint ; ego verò infra infimos ſim, nequaquam dignus qui cæderem, nedum ponerem vel tantillum in tam ſpecioſa ſtructura lapidem ; nec aliud mihi quicquam temerario huic & audaci incœpto meo quod prætexam occurrat, quàm fervens in promovendâ patriæ meæ gloriâ ſtudium ; quod ita animi mei ſenſa vel cepit vel rapuit, ut quantam ſuſceperim provinciam neſcirem prorſus, donec ſumptus ab alijs impenſos in tantum excreviſſe videram, conſilia ut eorum præclara fruſtrari, religio mihi eſſet. Quâ in re, utcunque mihi objici poterit, me in alienam ſegetem falcem meam immiſiſſe, & jactis aliorum fundamentis ſuperſtruxiſſe ; (quis autem, quæſo, verè ut dicam, aliter, in hoc præſertim argumenti genere, agere poſſit, cùm, ut* Regum ſapientiſsimus *teſtatur,* Nihil ſub Sole novi exiſtat.) *hoc tamen unum præfari mihi* Apologiæ *quaſi loco liceat : Quòd ad* Tabernaculi *illius conſtructionem, alia præter* Aurum Ophiriſium, *metalla ; & plures quàm* Aholiabus & Bezaleel *opifices adhibebantur : neque ad ſplendidiſſimum illud opus, omnes* Iſraelitæ, Aurum, Argentum, Onyches, Purpuram, Coccinum & Byſſum ; *ſed quidam eorum,* Æs, Lignum, Pilos Caprinos, Pelléſque *tam* Arietum *quàm* Melium, *ſuos quæque ad uſus neceſſaria quaſi ſupellectilia, contulere. Si ego igitur, cum viduâ illa pauperculâ, minutum meum immiſero, & aliud quid labore quæſitum meo, præter id quod hactenus in publicum prodijt adjecero ; ſicubi rectè fecerim, gratum illud ut ſit & tibi placeat ; ſin perperam, opem tuam idipſum ut corrigas, exorare mihi liceat. Quod, uti confido, tam ſperare quàm petere mihi fas ſit ; cùm & tuus peræquè ac meus communi patriæ noſtræ amor obſtrictus teneatur. Cujus eximiam pulchritudinem & dotes, non procul, ut* Moſes *olim terram* Canaan *de vertice* Piſgah ; *ſed admotis propè oculis, dum ſingulas* Angliæ & Walliæ *Provincias peragravi, contemplatus ſum. Cujus clima, temperies, ubertas*

Præcipua ſcribendi cauſa.

Exod. 31.

Exod. 25.

Marc. 12.

Deuteronom. 34. Res, ex ipſius Authoris per univerſam *Angliam* & *Walliam* peregrinatione, deſcriptæ.

BRITISH MUSEUM

BENEVOLO
AC CANDIDO
LECTORI.

TAm arduum excitandi hujus ampli ac operosi Theatri molimen & conatus fuit, cujus vel sola Ichnographia promptissimam optimi Artificis manum meritò sanè ac suo jure expectare potuisset, ut in ipsa primæ delineationis ejus sciographicæ inchoatione, velut omninò deterritus, meipsum & rebus & rationibus minimè instructum, longéq; operi tam magnificè instituto, vel ædificando vel ornando imparem senserim. Quem autem in modum Deus Opt. Max. tum mihi animum ad hoc opus inchoandum aptaverit, seu potiùs ingentem potentiam suam in mea infirmitate perspici voluerit, nunc demum aliqua ex parte innotescit; fabricâ illius in hanc altitudinem surrectâ, quæ hîc à Prælo conspiciendam se in lucem attollit. Quàm gratum verò oculis tuis (humanissime Lector) hoc futurum sit, animi pendeo: cùm tot in hoc genere Architecti præcesserint; ego verò infra infimos sim, nequaquam dignus qui cæderem, nedum ponerem vel tantillum in tam speciosa structura lapidem; nec aliud mihi quicquam temerario huic & audaci incœpto meo quod prætexam occurrat, quàm fervens in promovendâ patriæ meæ gloriâ studium: quod ita animi mei sensa vel cepit vel rapuit, ut quantam susceperim provinciam nescirem prorsus, donec sumptus ab alijs impensos in tantum excrevisse videram, consilia ut eorum præclara frustrari, religio mihi esset. Quâ in re, utcunque mihi objici poterit, me in alienam segetem falcem meam immisisse, & jactis aliorum fundamentis superstruxisse; (quis autem, quæso, verè ut dicam, aliter, in hoc præsertim argumenti genere, agere possit, cùm, ut Regum sapientissimus *testatur*, Nihil sub Sole novi existat:) hoc tamen unum præfari mihi Apologiæ quasi loco liceat: Quòd ad Tabernaculi illius constructionem, alia præter Aurum Ophirisium, metalla; & plures quàm Aholiabus & Bezaleel opifices adhibebantur: neque ad splendidissimum illud opus, omnes Israelitæ, Aurum, Argentum, Onyches, Purpuram, Coccinum & Byssum; sed quidam eorum, Æs, Lignum, Pilos Caprinos, Pellésque tam Arietum quàm Melium, suos quæque ad usus necessaria quasi supellectilia, contulere. Si ego igitur, cum viduâ illa paupercula, minutum meum immisero, & aliud quid labore quæsitum meo, præter id quod hactenus in publicum prodijt adjecero; sicubi rectè fecerim, gratum illud ut sit & tibi placeat; sin perperam, opem tuam idipsum ut corrigas, exorare mihi liceat. Quod, uti confido, tam sperare quàm petere mihi fas sit: cùm & tuus peræquè ac meus communi patriæ nostræ amor obstrictus teneatur. Cujus eximiam pulchritudinem & dotes, non procul, ut Moses olim terram Canaan de vertice Pisgah; sed admotis propè oculis, dum singulas Angliæ & Walliæ Provincias peragravi, contemplatus sum. Cujus clima, temperies, ubertas

Præcipua scribendi causa.

Exod. 31.

Exod. 25.

Marc. 12.

Deuteronom. 34. Res, ex ipsius Authoris per universam *Angliam* & *Walliam* perlustratione, descriptæ.

& deliciæ, eam vel totius Europæ alteram quasi Eden (ignosce mihi quæso, si ex affectu, justos fines & terminos transiliero) esse testantur: cùm in campestri regione præ frumenti copia, vel pascuorum in locis depressioribus ubertate, & plaustrum vehendis in horreum mergitibus pressum gemat, sub onereque laboret suo, & loculi dominorum nummis impleantur. Neque verò Montium & Collium superficies tantùm, infinitis cujusque generis pecudum armentis & gregibus operiuntur, sed eorum etiam viscera & continenter parturiunt, & quotidie pariunt, ditissimos (ut ita dicam) fœtus suos, Cuprum, Plumbum, Ferrum, Marmor, Crystallum, Gagaten, Alabastriten, atque adeò admirandæ virtutis & efficaciæ Sideritem Lapidem sive Magnetem. Ut ne quid dicam vel de Lithanthrace (sive ille Obsidianus Lapis sit, sive Carbo fossilis) non minùs quæstuoso quàm usui necessario; vel de eximijs illis Latomijs, sive selectissimis Lapicidinis, tam ad firmitudinem requisitis, quàm ad speciem & elegantiam æstimandis. Cujus & Maria & Flumina adeò piscosa, Rupes itidem ac Paludes marinis alitibus ita repletæ sunt, ut prædam sese cùm Piscatoribus tum Aucupibus ultrò offerant: &, ut verbo dicam, cujus omne quod ubique est solum, sua & fœcunditate & amœnitate dives est: adeò ut Incolæ nullam in terris præter eam quam ipsi colunt, Paradisum existiment.

Amos ca.9. ver. 13.

Quid hoc in opere præstitum est.

Verum & exactum totius Insulæ Typum, eumque denuò in partes, Chartis suis sigillatim descriptum: Urbes itidem & primaria singulorum Conventuum oppida, hic inserta habes. Quorum aliquot ab alijs quidem perfecta, sed absque Scalâ illis annexâ, fuêre: reliqua verò, mea ipsius opera & industria: quibus etiam distinctionis causa, Scalam passuum ad Geometricam rationem sive mensuram, viz. ut quisq; passus sex pedes contineat, apposui. In hac autem obeunda quam in me suscepi provincia, defensionem mihi ipsi tanquam injuriarum reo, quas ditioribus quibusdam locis & elegantioribus municipijs intulisse videar, præstruere oportet: quòd in hoc sive lustro sive censu habito, ea quidem silentio præterijsse; quæ verò minoris notæ essent minorisque frequentiæ, descripsisse insimuler. Sed ut tibi (optime Lector) satis hac in parte fiat, consilium meum mentemque ad Tituli præfixi rationem accommodatam, percipe quæso: nempe, in hac Insula describenda, hoc præter cætera egisse me, ut Urbis cujusque, & præcipui tantùm singulorum Comitatuum Oppidi situm exhiberem. Inde factum est, ut nisi omnibus injurius esse vellem, quasdam inserere non potuerim: quamvis (ut ingenuè fatear) sæpiùs me hoc malè habuit, quòd loca ejusmodi adeò speciosa intacta reliquerim: & tamen, cùm rem ita se habere constet, vel hoc ipsum totius Insulæ in gloriam non vulgarem vertit; tanta, nimirum, copia & varietate instructam esse eam, ægrè ut judicari queat, quidnam tandem omitti possit.

Vrbes, & Conventuum capita.

Pagorum sive Comitatuũ in suas Lathas,* Centurias, Wapentachia, & Cantreda, secundùm usitatam eorum proportionem & morem consuetũ, divisiones, seorsim, & sub eodẽ qui in actis publicis extat titulo, distinctim posui: ita ut Tabularũ annexarum subsidio, unaquæque Vrbs, Oppidum, Burgus, Viculus, Villa, ac insignior locus expeditè reperiri possit. Hinc autem liquidò affirmari poterit, nullum per universum orbem terrarum Regnum, æquè accuratè atque hanc nostram Magnæ Britanniæ Insulam (unum illud si excipias, quod Iosuah perdomuit, acquisivit, & in Tribus divisit) descriptum esse. Arma Gentilitia Principum ac Procerum, qui dignitates consequuti sunt, ac honorarios Titulos, tam Ducum ac Marchionum, quàm Comitum in quaque Provincia, vel Civitate, vel loco: Prælia sive ab exteris perduellibus, sive domesticis conjuratis ac seditiosis gesta, insuper addidi. Ubi, nobis quidem intrepidis, ac timoris omnino expertibus, vestigia calamitatum & miseriarum, quas majores nostri perpessi sunt, eáque illorum temporum cruore obsignata, cum summo & vitæ & libertatis suæ dispendio, nostris sub vineis videre licet: dum, inquam,

* Sive *Centenas*.

Comitatuum divisiones.

Tabulæ sive Repertoria omnium quæ in Chartis continentur nominum.

Arma Gentilitia Nobilium titulis honorarijs insignium.

Loca prælijs memorabilibus nobilitata.

inquam, nosmetipsi (sicut imperante Augusto, *cùm Templo* Iani *clauso,* Mars *centum vinctus ahenis, post tergum nodis (fremeret) ut* Virgilius *olim cecinit) neque classici in portis nostris clangorem, nec armorum in castris crepitum, audimus: utpote quorum jam gladij in vomeres, & lanceæ in falces vertantur, sicut* Micah *tempora sub adventum Christi pacata depinxit. In hisce rebus prodendis, hoc imprimis egi, omnibus ut placerem, neminémque læderem. Quòd si secus ac volui ceciderit, hoc unum tamen quo meipsum consoler assequutus sum, quòd dum totus mente ac cogitatione in hoc opus incumberem, parvi effascinantes voluptatum blanditias, vanasque pravi hujus seculi illecebras fecerim: nec suppetebat mihi quicquam vel otij vel animi, ad fortunas meas ultra æqualium meorum sortem ambitiosè promovendas, aut ut turpi obsequio* Fortunæ * Vicarios *assectarer, eorumque auribus sordidis assentatiunculis inservirem: cùm laxæ * fluentesque hujusmodi studiorum habenæ, frænum consilij mei aliò tendentis inhiberent. Ergò ipse totus fabricæ hujus magnifici ædificij deditus, lapides affabrè exsculptos & cælatos, politas etiam columnas de manibus* Architectorum *longè peritiorum (pauperculus uti quidam bajulus) asportavi, suis in locis aptè collocandas: quæ hîc super Altare amoris mei in Patriam offero. Neque verò sacrilegium esse duxi, alios pretiosissimis suis gemmis & monilibus, ad ornandam* Nutricem *hanc meam formosissimam, spoliâsse: cujus me* Vterus *concepit,* Mammæque *infantem lactârunt: cujus* Gremium *tanquam incunabula vagientem me demulsit ac consopivit: & cujus in* Sinu *(utì confido) tanquam in lectulo, dulcem capturus sum quietem, donec me* Christvs *tubæ suæ sonitu inde tandem resuscitaverit.*

Micah Cap. 4. Ver. 3.

Quid ex hijs laboribus lucratus est Author.

* Vel Vicem-gerentes, s. Fortunatos, Divites, ac Nobiles.

Chronic. *Cap.* 28. *Ver.* 8.

Nunc igitur in oculis universæ Congregationis Domini, & in auribus Dei nostri, custodiamus & quæramus omnia præcepta Domini Dei nostri; ut possideamus terram hanc bonam, eámque filijs nostris hæreditatem post nos in perpetuum relinquamus.

Tuus in Christo Jesu,

Iohannes Speedvs.

VT *sequentes* Angliæ *Tabulas Geographicas, commodiùs intelligas (Lector extranee:) admonendus es* Angliam *totam cum sua* Cambria, *in Pagos plurimos dissecari: aliàs* Shires, *à* Saxon: ꝑcýpan *.i.* dividere: *aliàs* Comitatus, *à Comitum iurisdictionibus (quibus olim suberant) appellatos.* Shiram *omnem vel* Comitatum *suas recipere Subdivisiones: multùm nomine, parùm munere discrepantes. Majores quasdam* Trithinges, Lathes *&* Rapes *nominamus: Minores* VVapentaches *&* Hundredes. *Nec in omni* Comitatu *reperiuntur singulæ: sed ex more regionum, sæpe variæ.*

Inscriptiones autem, quas in ijsdem Tabulis vides Anglicè *exhibitas:* Latinè *tibi redduntur: sub Tabularum ipsarum enarrationibus: typis quidem literæ (quam vocant)* Italicæ, *expressæ: sed et nigra interjecta linea; vt à præcedentibus, fiant distinctiores.* Vale.

A l'honneur de l'autheur et ſon œuure.

LE treſpuiſſant ouurier de la ronde machine,
Pour ſon chief d'œuure teint ceſt' Iſle ſeparèe :
Et quoy que des plus grands threſors du ciel parèe
Son luſtre aſſuiettit au temps et a ruine.
D'un Dimidieu ouurier d'une fabriq' diuine,
Par la plume ſe void la breſche reparèe,
La ruine dreſsèe, et la force aſſeurèe
Contre la mort, que tant de beautès aſſaſsine.
La police, le nom, l'inuincible courage,
Les Princes, Prouinces, et tout qu'eſt d'auantage
Du Breton *belliqueux, luiſent en ſon Hiſtoire :*
Pour vn ouurage donq' a touts tant admirable,
Faiſons, faſons, Brettons, *d'un burin memorable,*
Grauer le nom de SPEED *au temple de Memoire.*

T. BARKHAM.

HENR. SPELMAN Mil. Lectori.

NON leue, nec temerè laudo tibi ſeria, Lector
Gratum opus & dignum conſule (crede) vides.
Noſter hic Ortelius, *ſic noſtrum hunc exhibet orbem,*
Vt res emineat, tota Britanna, *ſimul.*
Ora, ſinus, fluuij, portus, nemus, oppida, tractus,
Regna, duces, populi, fœdera, bella, quies.

Rich. Saint George Norrey *King at Armes,*
in fauour of this Worke.

IT is farre from my purpoſe, to commend without cauſe, or by ouer curious flouriſh to make a ſhadow ſeeme a ſubſtance, this worke needes no ſuch *deceptio viſus;* The Subiect is of it ſelfe Honourable, and able to ſtand without ſuch weake props. The glory of our Nation being almoſt buryed in the pit of Obſcuritie, is herein reuiued; the continuance of Chriſtianitie traced from age to age, the antiquitie and ſituation of our Townes, Caſtles, Religious Houſes, Nobilitie, and all other memorable matters ſo liuely portrayed, as in a Glaſſe wee may rightly diſcerne the true ſhape, qualitie and condition of each of them in particular. This VVorke therefore being now brought vpon the publike Stage and view of the world, may in my poore cenſure giue ſatisfaction to the learned Reader, and abide the touch of the malignant Oppoſer; which being effected without hope of gaine or vaine oſtentation, with ſo great care both of body and minde, is the more precious; for, *difficilia quæ pulchra.* VVherein Gods power is made knowne in this his weake but worthy Inſtrument: and the glory of *Great Britaine* made more famous to the world, as well in the Geographicall dimenſion of the Lands ſituation, as in the Hiſtoricall relations of her moſt famous Monarchs and glorious Actions; no Kingdome hitherto ſo particularly deſcribed, nor Nations Hiſtory by true record more faithfully penned: In honour whereof I ſacrifice theſe Lines of my loue vpon the Altar of this VVork, and celebrate the Authors remembrance to future poſterities.

To my Friend Mr. IOHN SPEED, being very ſicke.

GReat Loue, and little skill may cauſe mee to miſſay
But certainly this ſickneſſe cannot make thee dye:
Though eruell Symptomes, and theſe thirteene yeeres aſſay
For thy deare Country, doth thy health and ſtrength deeay.
Yet ſith thy toylſome labour, and thy induſtrie
Is for thy Countries ſake, her fame on high to raiſe:
Shee ſhall thy temples crowne with euerlaſting Bayes,
And in deſpight of Death, ſhall cauſe thy memorie
To liue in endleſſe fame with all poſteritie.
Now may ſhee ſee her beauty, and her riches ſtore,
What erſt ſhee was in eu'ry age, and change of State,
And preſent greatneſſe ſuch as neuer heretofore,
Since this great Monarch rul'd from North to Southerne ſhore,
And ſith thy life is to thy Country dedicate,
Let none preſume thy Lawrell from thy head to reaue
For this her Story, which thy skilfull hand did weaue:
But liue, and weare it [Speed] *vntill the worlds great fate*
Shall bring all earthly things vnto their vtmoſt date.

ALEX: GILL.

In exactiſsimi huius Operis Authorem,
Eulogium THO. BARKHAM.

VIncta diu, rumpat deſpecta, ſilentia lingua,
Culmina vt immenſi memorem ſuperata laboris
Speide tui: inſuetâ iactor licèt, (optime,) curâ,
Quam tibi pro merito poſsim circundare palmam
Qui coeant populi, quæcunque ſub orbe Britanno
Digna refers, vno aſpectu, ſcriptoque, locoque,
Sanguineas ſignas, atauorum bella, palæſtras;
Nobilitanſque aptâ patriam compagine, rerum,
Ad noſtra exactum deducis tempora filum.
Ergô erit hæc magni merces non parua laboris,
Egregium pariunt hæc quòd monumenta decorem
Ipſa ſibi, ventura quòd hæc mirabitur ætas,
Totaq; perpetuas debet Reſpublica grates.

To the right well deſeruing Mr. IOHN SPEED
the Author of this Worke.

IN this BOOKE, (Bibliothec, *or Booke of Bookes;*
TIMES *Library*, PLACES *Geographie*)
All that is ſhewne for which the curious lookes
Touching this LAND, *for* Place, *or* Hiſtorie.

In which, thou haſt with paine, *with* care, *and* skill,
Surueid this Land *more neere then ere it was:*
For which, thy Wit *thou ſtrain'd haſt to thy* Will,
That wils as much as Wit *can bring to paſſe.*

The faire Hibernia, *that Weſterne Iſle likewiſe,*
In euery Member, Artire, Nerue, *and* Veyne,
Thou by thine Art *doſt ſo Anatomize,*
That all may ſee each parcell without * *paine.*

Here Time, *and* Place, *like friendly foes doe warre*
Which ſhould ſhew moſt deſir'd Particulars;
But Place *giues place, ſith* Time *is greater farre;*
Yet Place, *well rang'd, gets glory by theſe warres.*

No helps thou hadſt, nor no aſsiſting aide
In this attempt: but, Vertue *gaue thee might*
That well to doe, that well thou haſt aſſaide,
Which ſhall (in grace) out-line immortall ſpight.

Hadſt thou among the Romanes *liu'd when they*
Did ſigniorize the World; *A* Signiory
Should then (at leaſt) haue guerdon'd thy Suruey
Thy Mappes, Deſcriptions, *and thine* Hiſtorie.

But, thou doſt liue when all Arts *ſaue the* * *eight* * *Adulation.*
(Illiberall-liberall Art) *a begging goe;*
That Art *alone, with her true friend* Deceipt,
Gets all; then all ſeekes but that Art *to know.*

But, by thy Art *though nought be purchaſed*
But empty Fame (*that feedes, but fattens not*)
Yet ſhall it feede thy NAME *till* DEATH *be dead;*
While empty noble Names *away ſhall rot.*

The Leaues *this* Booke *containes, and* Maps *here grau'n,*
Are ſtill as Feathers *to thy* Fames *fayre* Wings,
To fanne freſh Ayre vpon the face of Heauen;
And, raiſe the ſame aboue all ending Things:
That when Confuſion *wracks this double* FRAME,
A Spirit *ſhall moue on* CHAOS *call'd thy* Fame.

The Vnfained louer of thy Perſon,

IO. DAVIES.

OF

OF *Him that this* GREAT Taske *hath done*
(*Great for the goodneſſe many wayes*)
FAME *doth affirme he well hath wonne*
ARTS *higheſt* Prize, *and* Palme *of praiſe.*
In Climes, *and* Realmes *remote throughout,*
His merits merit rare report:
For none the like hath brought about;
Or, equaliz'd in any ſort.
The Shafts of his endeuours, ſhot
At Gaine, *and* Pleaſure; *both haue hit:*
His Obſeruations *haue begot*
On priuate, publike *Benefit.*
Chiefe Cities, Townes, *and* Countries *many*
(*Which this vaſt Globe of* Earth *affords*)
I oft haue view'd; but, neuer any
So well deſcrib'd by Maps *and* VVords.
His trauel'd Body, *toyled* Minde,
(*To bring this* VVorke *at laſt to reſt*
In Period *which his* Plot *deſign'd*)
Should now reſt famous with the beſt.
The Romanes *ſuch* Deſerts *did Crowne*
With Lawrell, *which their Soile brought forth;*
But I, of Branches *farre-off growne,*
Bring VVreaths *to this Worke, more of worth.*
The Palme (*wherein rare vertues bee,*
And for a Conqueſt, crownes a King)
The Oliue, *and the* Cedar *Tree,*
Faire, fat, and fruitfull; theſe I bring.
In Egypt, Syria, *and the Land*
Of Promiſe (*nam'd by holieſt* High)
I could not ſee, nor vnderſtand,
For vertue, any Trees come nigh;
As theſe (*worth praiſe*) *are profitable,*
They being of the worthieſt kindes:
So in beſt ſenſe, hath Speed *beene able,*
To pleaſe (*worth praiſe*) *the worthieſt Mindes.*
In ſhort, to giue him then his due,
This Art *his better neuer knew.*

IO. SANDERSON.

BRITISH
11 MY 1916
MUSEUM

CHOROGRAPHICI TOMI
CONTENTA.

LIBER PRIMVS.

VNIVERSVM DESCRIBENS REGNVM,

cum illis *Comitatibus, Vrbibus,* et *primarijs Comitatuum Oppidis,* quæ propriè *Anglica* censentur.

Regiones et Comitatus.	*Fol.*
Bercheria.	27
Bedfordienſis *Comitatus.*	41
Buckinghamienſis *Com.*	43
Cantabrigienſis *Comitatus.*	37
Ceſtrienſis *Com.*	73
Cornubia.	21
Cumbria.	87
Derbienſis *Com.*	67
Devonia.	19
Dorceſtrienſis *Com.*	17
Dunelmenſis *Epiſcopatus.*	83
Angliæ *Generalis Deſcriptio.*	5
Eſſexia.	31
Gloceſtrienſis *Comit.*	47
Magnæ Britanniæ *Typus.*	1
Suth-Hantonenſis *Com.*	13
Hertfordienſis *Com.*	39
Herefordienſis *Com.*	49
Huntingdonienſis *Com.*	57
Inſulæ.	93
Kantium *ſive* Cantium.	7
Lancaſtrienſis *Com.*	75
Leiceſtrienſis *Com.*	61
Lincolnienſis *Com.*	63

Regiones et Comitatus.	*Fol.*
Mannia *ſive* Mona (Cæſaris) Inſula.	91
Middleſexia.	29
Monumethenſis *Com.*	107
Northantonienſis *Com.*	55
Norfolcia.	35
Eboracenſis *Provinciæ* (*Borealis pars* et *Orient. pars.*)	81
Northumbria.	89
Nottinghamienſis *Com.*	65
Oxonienſis *Com.*	45
Rutlandia.	59
Saxonum *Heptarchia.*	3
Salopienſis *Com.*	71
Somerſettenſis *Com.*	23
Staffordienſis *Com.*	69
Suffolcia.	33
Suthreia, *ſive* Surreia.	11
Suſſexia.	9
VVarwicenſis *Com.*	53
VVeſtmorlandia.	85
Eboracenſis *Provinciæ Occidentalis pars.*	79
Vecta Inſula.	15
VViltonienſis *Com.*	25
VVigornienſis *Com.*	51
Eboracenſis *Provincia ſive Comitatus.*	77

SECVNDVS LIBER:
Comitatus Walliæ *continens:*

Regiones et Comitatus.	*Fol.*
ANgleſeia, *ſive* Mona (*Taciti*) Inſula.	125
Brechinia.	109
Maridunenſis *Comitatus.*	103
Caer-Narvonenſis *Comit.*	123
Ceretica.	113
Denbighenſis *Com.*	119
Flintenſis *Com.*	121
Glamorgania.	105
Mervinia.	117
Montgomerienſis *Com.*	115
Penbrochienſis *Com.*	101
Radnorienſis *Com.*	111
VValliæ *Vniverſalis Typus.*	99

TERTIVS LIBER:
Scotiæ *Regnum univerſum exhibens:* 131

QVARTVS LIBER:
Regnum Hiberniæ *complectens.*

Regiones.	*Fol.*
HIberniæ *generalis Deſcriptio.*	137
Momonia.	139
Levinia.	141
Connactia.	143
Vltonia.	145

BRITISH 11 MY 1918

GENERALIS

INSVLÆ BRITANNICÆ SVB VNO ASPECTV

IN SUBSEQUENTE CHARTA CHOROGRAPHICA POSITÆ; UNA CUM GENERALI *MAGNÆ BRITANNIÆ* SUB ROMANORVM [OLIM] IMPERIO DESCRIPTIONE.

Cap. I.

REgni cujusq;, Consilio & prudentia bene administrati, Status, Humano (ut mihi videtur) corpori, quod ductu summoq; *Animæ rationalis* imperio regitur, assimilari potest; illud utiq;, Regio & Terra ipsa; hanc autem, Actiones & res politicæ non ineptè referunt. Cùm igitur, eximia totius Dignitas & Præstantia, non satis clarè ob oculos ponantur, ubi harum alterutra partium deficit; nobis in animo est, non minùs externum (ut ita dicam) corpus & Lineamenta florentis hodiè *Britannicæ Monarchiæ*; Insulas (dico) Regna, et Provincias, ipsius imperio actu ac re ipsa subjectas perlustrare, (Reliquas enim in Continente Ditiones, quas suo jure æquè vendicat, non attingimus) prioris (scilicet) sive *Chorographici Tomi*, qui quatuor primos hujus *Theatri* nostri libros continet, argumentum: quàm successivam rerum atq; actionum vitalium seriem, quæ propriè ad Imperium et politiam pertinent, alteriq; sive *Historico Tomo*, qui postremos quinq; libros complectitur, materiem suppeditant, exponere. Ac primùm quidem optimorum exemplo Anatomicorum, totum quasi corpus integramq; *Monarchiam* (*quatenus illud commodè circumscribi à nobis potuit) in medium proferemus; pòst verò, membra, venas et articulos, (Comitatus *sc.* flumina, urbes et oppida) cū alijs ejusmodi rebus quæ occurrent, vel consideratione nostrâ dignissima, vel usui nostro maximè opportuna, dissecabimus, et palàm producemus.

Scopus hujus Operis.

Divisio totius Operis.

Prior Tomus Chorographicus.

Alter Tomus Historicus.

(2) *Magnæ Britanniæ* Insula, quæ cum suis sibi adjacentibus Insulis hìc primùm sese offert, *Angliæ*, *Scotiæq;* Regna continet; ac à multis, totius terrarū orbis longè maxima censetur: quamvis* *Justus Lipsius*, hoc quicquid est laudis, *Cubæ* in *America*; Orientales Navigatores *Sumatræ* (quæ, *Taprobana Ptolomæi* esse creditur) vel etiā *Madagascaræ*, Sti. *Laurentij* Insulæ, quæ ambæ sub æquatore vel proximè ipsum sitæ sunt, deferāt. De quo minimè certabimus, alijs illius laudibus magnitudine sua longè majoribus, contenti. Neq; tamen hoc ipso honore deficitur; cùm eam et *Romani Orbis* maximam fuisse Insulam, et cæterarum quæ ubiq; sunt, (nullius adhuc certæ cognitionis fide refragante) hodie esse constet. De cujus ad Cœli rationem positione, *Lucretius*, qui* Latinorum Scriptorum primus ejus meminit, hijs Versiculis in eodem cùm *Ponto* parallelo eam collocare videtur;

* Aliquot enim Insulas, Cæsaream .sc. & Sarniam suos in locos rejecimus.

Britannia Insula longè maxima.

* *Lib. de Constan.*

*Nam quid *Britannum Cœlum differre putamus,*
Et quod in Ægypto est, quà mundi claudicat axis?
Quidvè quod in Ponto est, differre à Gadibus, &c.

Britanniæ positio.

* De Rerum Nat. lib. 6.

* Ita observat *Buchan.* contra *Humph. Lloyd.*

*Al. *Britannū.*

Quo in loco, trāsversa quadā et obliqua cōparatione, similia duo binis dissimilibus opponit; dū *Britanniā* et *Pontū* cū *Ægypto* & *Gadibus* committit. In quibus autē rebus, usus perfectionē facit, eas è remotis intimæ Antiquitatis recessibus, potius, quā à præsēti & quotidiana experientia petere, quid aliud est, quā lumen rebus nō per solares radios, sed umbras, inferre velle?

(3) Experientiâ compertū est, *Britanniā* cœli ratione à 50. grad. et 30. scrupul. latitudinis ad grad. 59. & 40. scru. inclusā jacere. Longitudinis autē, à 13. grad. et 20. minut. ad grad. 22. et 50. minut, secundùm *Mercatoris* calculū, extendi. Ad Austrū, *Britanniam*, *Armoricū*, *Normanniam*, aliasq; *Galliæ* partes spectat: ad ortum, *Belgicam* sive *Germaniam Inferiorem*, *Daniam*, et *Norwegiam*: *Orcades* Insulas et *Deucalidoniū mare* ab arcto; *Hebrides* ab occasu prospicit. Ipsius autē ratione, omnes aliæ Insulæ tam majores quàm minores, quæ sparsim positæ eam ambiunt, condūtq;, se quasi sub umbra *Magnæ Albionis* (quod alterū Nobilissimæ hujus Insulæ nomen est) *Britannicæ* etiā et censentur, et nominantur; ideoq; hìc omnes simul describūtur.

Gradus positionis *Britanniæ.*

Regiones *Britanniam* quasi finitimæ, spectantes.

(4) *Britannia* ad hunc modum in Oceano posita, suis laudibus, non solùm ex præsenti sensu et usu suorum commodorū dives est, sed etiam ex amplissimis illis Elogijs, quæ **Antiquariorū* doctissimus ita è clarissimis Auctoribus collegit, vix ut quicquā alijs quasi spicilegij nomine reliquisse videatur: neq; ea nos è florētissimis illius hortùlis, nisi necessitate eò adacti trāsplantabimus, cùm nihil vel ultrà vel suprà dici possit.

Elogia Britanniæ.

**Cambdenus* .sc. in sua *Britannia.*

(5) *Britanniam* igitur Thalassiarcham, summamq; Oceani *Imperatricem* esse, notissimum est. Eadē etiam nonnullis (ut est apud *Robertū Aveshurienſem*) *Fortunata* creditur *Insula*: cujus cœlū, tēperatius esse quàm *Galliæ*, testatur *Cæsar*: solū autem (auctore *Tacito*) frugum omnium copiam producit: cujus maria (ut ait *Suetonius*) margaritas Orientalium æmulas profert: cujus agros et arva, sedē fuisse æstivalis illius Reginæ [*Cereris*] cecinit *Orpheus*: cujus nemora et loca vel maximè sylvestria sine immanibus bestijs esse, dixit *Panegyricus*: cujus deniq; primariam urbē meritò *Augustā* dici scripsit *Ammianus*: verè ut nobis cum regali illo *Psalmista* dicere liceat, *Funiculi [messorij] ceciderūt nobis in amœnis locis: quin et insignis nobis hæreditas obvēnit.* Quæ, qualis qualis, divina bonitate humanaq; industria hodie est, primā tamen ejus formā et faciem Anglicus noster Poeta hunc in modū nobis descripsit:

Britannia quondam peninsula.

* *Twinus. Verstegan.*

Britannia attributa.

Londinum.

Lib. 27. Cap. 9.

Psal. 16.

Spencerus in Poemate, quod *Faerie Queene* inscripsit. *Cant. 10. Stanz. 5.*

The Land which warlike Britains now possesse,
And therein haue their mighty Empire rais'd;
In auncient times was saluage Wildernesse,
Vnpeopled, vnmanur'd, vnprou'd, vnprais'd.

Quod utcunq; hunc in modum Latinè reddidimus.

Belligeris Regio, quæ nunc habitata Britannis,
Quāmq; sui Imperij sedem posuere potentis;
Temporibus priscis latuit sylvestris Eremus,
*Vasta, incultaq;, * nondum cognita, laudis & expers.*

Al. *Inexploratáq; laudis &c.*

(6) Et quamvis hodierno die, Oceanus se altiùs inter *Dubrin* et *Caletum* invehat, profunda et enormi fossā hæc loca dirimens; adeò ut *Britannia* inde ex *Peninsula* olim creditā, facta fit Insula; * nonnulli tamen, Isthmo quodam sive terræ linguā, continenti *Galliæ* junctam quondam fuisse pertinaciter contendēre. In quam sententiam *Spencerus* idem Poeta, propensior, hijsce versiculis Periochen suam claudit:

Ne was it Iland then, ne was it peis'd
Amid the Ocean waues, ne was it sought
Of Merchants farre, for profits therein pris'd:
But was all desolate, and of some thought,
By sea to haue bin frō the Celtick Main-land brought

Qui sic Latinè verti possunt.

Insula necdum cincta mari, mediis nec in undis
Oceani librata, nec obsua commoda longè
Vel quæsita fuit, Mercatorivè petita:
Sed penitus deserta: quòd hanc sibi Celtica partem
Vi Maris abscissam, (sic fama est) Terra reliquit.

Quod cùm meris tantùm conjecturis nitatur (neq; enim liquet, nullas ante *Noachi* diluvium, vel insulas vel montes fuisse) in medio cuivis integrum relinquo. *Virgilius* certè Poetarum omnium doctissimus, cùm Clypeum describens, quē *Vulcanus* (figmentum sanè Poetæ ipsius) *Æneæ* fabricavit; * *Morinos*, populum *Caleto* vicinū, *extremos hominum* appellat, nihil aliud sibi vult, quàm eos Occasum versus diffitos maximè

Londinum.

Æneid. lib. 8.

* *Extremique hominum Morini.*

SEMPER IDEM

LONDON

Thames fluuius

THE DEUCALIDON SEA

THE HEBRIDES OR ILANDES

MULA

YLA I.

THE IRISH SEA

THE WEST OCEAN

IMPERAT. SCOTIA BRITANNIA

Performed by John Speede

The Scale of Miles

Common Miles: 10 20 30 40 50 60 70 80

By Degrees: 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

THE KINGDOME OF GREAT BRITAINE AND IRELAND

THE ILES OF ORKNAY

EDYNBURGH

CVNO BILIN

THE BRITISH SEA

THE GERMAN OCEAN

THE IRISH SEA

Graven by I. Hondius and are to be solde by I. Sudbury and George Humble in Popes head Alley in London. Cum privilegio Regis 1610.

ac remotissimos Continentis Incolas fuisse: ne simul innuit, *Britanniam*, utpote Insulam, extra totum terrarum orbem positam fuisse: ita tamen, ut notitiam hominum minimè fugeret. Illius enim dotes et commoda, nobiles illas Græcas Mercatorũ Colonias, qui *Massiliæ* in *Gallia* egerũt, huc ad mercimonia facienda, uti appositè * è *Strabone* observatum est, invitárunt.

* D. Cookes Epist. l. 3. Report.

(7) Atq;, sicut *Iulius Cæsar* primus Romanorum eam adortus est, ut *sc.* eorum imperio adjiceret; ita nos ipsi omnes ipsius laudes, recentioris cujusdam poetæ * Epigrammate, cùm de externo Insulæ habitu & facie, tũ de *Cæsaris* adventus causa concludemus:

*Carol. Inde. M. S.

ALBIONIS *Vertex frondoso crine superbit,*
Arboreas frondes plurimus ales habet.
Gramineam Montes, & fundunt pascua pubem:
Et carpunt circum pascua gramen Oues.
Sed LATII *caruit potioribus Insula donis,*
Victori potior Gloria LATIO.

* Italia.

(8) *Britanniæ* Divisio, quod ad Politiam & Territoria illius attinet, quo tempore *Cæsar* huc appulit, qualis fuerit, non satis constat. Ipse enim *Cæsar*, adeò exiliter ejus meminit, ut parũ causæ nobis sit, quare fidem habeamus *Floro*; ubi *Livium* inducit dicentem, quòd cùm *Cæsar* ingentem *Britannorum* multitudinẽ in acie cecidisset, *reliquam Insulæ partem in suam potestatem redegerit*: sed potiùs cum *Horatio* exacti judicij poeta dicendũ est, *Cæsarem* eos non omnino attigisse: sita enim dictio [*Intactus*] apud eum significat.

Britannia Cæsari parùm cognita.

Epit. Liui. lib. 105.

Epod. od. 7.

(9) Reges ibidẽ imperitasse in cõfesso est; ideóq; hujus Insulæ *Cæsaris* tẽpore divisio, in *Regna* fuit. Gentium autem nomina, uti et locorũ in quibus singulæ quæq; consedêrunt, notitia, sub ruderibus tot seculorũ obruta, nuper tandẽ infinitis laboribus & exquisitis quorundã judicijs, probabili sanè ratione, & restituta & suis terminis definita sunt. Attamen, ne quis vel expectatione sua vel desiderio frustretur, rationi consentaneum est, ut eas universæ Regionis Divisiones in medium succinctè adducamus, quæ multis non antiquæ solùm sed etiam authenticæ habentur.

Britannia Cæsaris tempore Reges habuit.

In Cambdeni Brit.

(10) Historici nostri, qui Antiquiores videri volũt, inutium sumunt à *Bruto*: qui tribus, scilicet, suis filijs, suam cuiq; portionẽ dedit; easq; statim ab ipsorũ nominibus appellatas: videlicet, *Locrino*, primogenito filio, *Lhoegriam*: *Cambro*, secundo-genito, *Cambriam*: ac *Albanacto*, natu minimo, *Albaniam*. Nec dubiũ est, quin si plures in hac Insula claruissent Gentes, *Brutus* etiam plures liberos progenuisset. Quam sive fabulam sive receptam nonnullis opinionem, quidam *Galfredo Monumethensi* ascribunt; existimantes nullã hujusmodi ante illum, partionem istius Insulæ extitisse.

Britannia recepta per Bruti filios Diuisio.

Anglian. Walliam. Scotiam.

(11) *Ptolomæum*, *Britanniam* cum nominat, *Magnã* & *Minorẽ*, perperã accipiunt ac interpretantur nonnulli; quasi hanc Insulam in duas partes ita divisisset. Verùm, et proportio quam ipse facit, & ab *Æquatore* distantia, si cum Geographica sua Descriptionẽ comparetur, evincent eum hanc nostrã Insulã *Britanniam Magnã*; *Hiberniam* verò, *Minorẽ* sive *Parvã*, nominasse.

Galfredus Monumethensis trium Bruti filiorum pater.

Britannia magna, Britannia minor.

(12) Recentiores tamen quidam, australem hanc magisq; campestrẽ Insulæ partẽ, *Magnã Britanniam*: Borealem illã magisq; montanam, *Britanniam Minorem* vocari volunt: hujus autem Incolæ cùm olim in MAIATAS & CALEDONIOS distincti essent; hodie à Scotis in *Highlandmen* & *Lawlandmen* disparantur. Cùm verò ulterior illa ad Septentriones plaga penetrantior utiq;, & Romanorum corporibus adversior, *minùs utilis ac fructuosa esset*; illi, termino suæ provinciæ non procul ab *Edenburgo* posito, reliquas partes ad Septentrionẽ magis vergentes, prorsus neglexerũt.

Appian.

(13) Citeriorem igitur hanc *Britanniæ* Provinciam bipartitã tum fecerunt: Australiorẽ enim regionem unà cum *Wallia*. *Dio* Superiorẽ: Septentrionalẽ, Inferiorẽ appellat. Quod, ex ipsis Legionũ suarũ sedibus apud eundẽ auctorẽ apparet: Etenim secundã *Legionem Augustã*, quæ ad * *Caerleonã* in *Australi Wallia*; & vicesimã *Victricem*, quæ ad *Cestriã* egit, in *Britannia superiore* locat. *Legionem* autẽ sextã, *Victricem* itidẽ cognominatã, quæ *Eboraci* sedit, in *Britannia inferiore* meruisse scribit. Quæ, ut videtur, divisio, à *Severo* Imperatore facta est: qui devicto *Albino* Britãnici exercitus Ductore, rebusq; Britanniæ in suam potestatẽ redactis & constitutis, earũ administrationẽ in binas quasi provincias, totidemq; inter præfectos dispertivit.

Britan. {superior. inferior.

* Sive urbem Legionum ad Iscã fl.

Herodianus.

(14) Postea rursus in tres partes *Britanniæ* Provinciam descripserunt *Romani*: quarũ limites secundùm antiquas *Archiepiscopales* sedes assignavit magnus noster *Antiquarius*: ex *Lucij* Pontificis Romani verbis conjecturam faciens; qui Ecclesiasticas Christianorũ Iurisdictiones, Romanorum Magistratuum ditiones imitatas esse affirmat: illisq; in urbibus Archiepiscopos cõsedisse, in quibus olim Præsides Romani. Cùm autẽ tres Archiepiscoporũ sedes antiquitùs habuerit Britannia, *Londini* (scilicet) ad Orientem; in urbe Legionum sive *Caerleonæ* ad Occidentem; & *Eboraci* ad Septentrionem: *Londinensis* illa Diœcesis (quæ nunc Provincia *Cantuariensis*) *Britanniam* (ut videtur) *Primam*; *Caerleonensis*, *Britanniam secundam*; *Eboracensis* autem, *Maximam Cæsariensem* constituit.

Britannia tripartita.

Cambdenus scilicet pag. 111. Brit. Sextus Rufus.

Dist. 80. cap. 1.

(15) Subsequente porrò ætate, cum jam potentia Præsidũ suorum nimis incresceret, *Britanniam* denuò quinq; partitã fecerunt; prioribus illis tribus, *Valentiam* & *Flaviam Cæsariensem* addentes: quarum prior, *Maximæ Cæsariensis* pars Septentrionalis fuisse videtur; quam à *Pictis* et *Scotis* occupatam, *Theodosius* sub *Valente* Imperatore Dux, recuperavit; & in ejus honorem nominavit *Valentiam*: Alteram verò *Flaviam*, à *Flavio* Imperatore illius *Theodosij* filio, nomen sumpsisse, conjicere licebit; quòd ante hujus *Flavij* tempora, *Britannia Flavia* nusquam legatur.

Britannia prima. Britannia secunda. Maxima Cæsariensis. (sic.

Britannia quinquepartita.

Valentia unde dicta. Amianus lib. 28. cap. 7.

Flavia unde dicta.

(16) Hæ igitur quinq; sive Regiones sive Partes Insulæ, suis hunc in modum finibus distinctæ & descriptæ fuerunt. *Britannia prima*, omnẽ illũ tractum, orãq; continebat quæ *Tamisin*, *Sabrinã*, & *Britannicũ* fretũ interjacet. *Britannia secunda* totã eam regionem occupans, quæ nunc *Wallia* dicitur, à *Sabrina* ad mare *Hibernicũ* extendebatur. *Flavia Cæsariensis* inter *Tamisin* & *Humbrũ* flumina porrecta fuit: *Maxima Cæsariensis* ab *Humbro* ad *Tinam* flumen sive vallũ *Severi* pertingebat. *Valentia* deniq; ab eodẽ *Tina* & *Pictorũ Muro*, ad vallum juxta *Edenburgum* protensa fuit; ubi *Romani Imperij*, quo tempore hæc divisio recepta usu fuerat, limes ultimus. Quod ad harũ separatim partiũ Incolas attinet, unà cũ vetustis earũ *nominibus* & *terminis* (quos vel Romani ipsi, vel prisci Britanni designárũt) simul & moderna sive hodierna & nomina & Comitatus, prout hijs vel illis respondent, ad Tabulas eorũ alibi seorsim positas Lectorem referemus.

Limites quinq; partium Britanniæ.

1 Britannia prima.

2 Brit. secunda.

3 Flauia Cæsar.

4 Max. Cæsar.

5 Valentia.

(17) Universam hanc *Britanniæ* Provinciam, Imperatores ipsi Romani (uti in *Historia* nostra sequente apparebit) plurimi olim fecerunt; BRITANNICI ut cognomen quasi glorioſum, sibi libenter assumerent; eò per periculosa & vix cognita maria ipsi transfretarent: illìc nuptias contraherent; illìc vitam agerent, & supremũ diem clauderent: ibidem leges etiam toti Imperio sancirent: ductoribusq; illis & præfectis, qui illìc meruissent, plurima honorũ insignia & ornamẽta tribuerent: adeò ut *Claudius Cæsar*, cùm *A. Plautiũ* primum illius Provinciæ Præfectum ovantem comitaretur, ei latus tegeret .i. lævus incederet. Quin & *Claudij* ipsius de *Britannia* Triumphus, tanto cũ splendore & magnificentia actus est, ut Provinciæ coronas aureas ingentis ponderis inferrent; Præsidibusq; earum, ut Spectaculum celebrarent, mandatum sit: captivisq; adeò, ut ei interessent permissũ fuerit. Navalis Corona, fastigio Palatinæ * suæ Domus, quasi Britannici maris domiti insigne, fixa: Arcus triũphales & Trophæa *Romæ* erecta: per gradus ipse jam senior, genibus in Capitoliũ ascendit, levãtibus eũ utrinq; duobus generis suis. Tantum in animo conceperat gaudiũ, quòd vel tantillã *Britanniæ* partẽ debellásset.

Britannia Præsidibus honor habitus.

Triumphus de Britannia qualis.

* Claudij Cæs.

(18) Qualem *Romani* hanc Provinciã invenerint, tenuerint, reliquerint; prout temporum alternante varietate, res eorum vel matureſcerent vel marceſcerent, unà cum nominibus, Incolis, moribus, & adversarum partium ducibus, fusiùs in subsequentibus historijs persequenda relinquo. Tibi autem impræsentiarum, tria illa Regna præcipua, *Magnæ Britanniæ Monarchiæ* (quæ hodie sunt) quasi corpora, tantùm exhibebo. Quorum duo, *Scotia* scilicet & *Hibernia*, suis in locis & prolixiùs & articulatiùs describentur.

Lib. 5. cap. 5. & 6.

Quanti æstimárunt Imperatores Romani devictam à se *Britanniam*, *Britannicum* cognomen ab illis assumptum. Eorum in *Britannia* sedes.

Vide lib. 3. Vide lib. 4.

BRITISH MUSEUM 11 MY 1918

HEPTARCHIÆ SAXONICÆ *TYPVS.*

CAP. II.

Saxonicæ Heptarchiæ initium.

CVM jam *Romanum Imperium* magnitudinis mole suæ laborans, tantùm non labascere, *Provinciaq́;* plus quàm nutare, jugumq́; (ob *Præfectorum* suorum ambitionem) excutere cœpissent: *Britannia* militibus suis defecta (juventúte per crebros delectus in externam militiam exhaustâ;) solitoq́; *Romanorum* præsidio, qui dudùm eam dereliquerant, nudata; hostibus suis qui diù jam opportunitatem depopulandi vastandiq́; eam captaverant, exposita fuit. Inter quos, *Picti* & *Scoti*, tàm opimæ prædæ oculos adjicientes, avideq́; inhiantes, quotidianis incursionibus fessos & confectos jam *Britannos* infestantes, eò tandem compulerunt, ut *Saxones* in subsidium sibi domo accirent; qui mox ex hospitibus auxiliaribus hostes funesti evaserunt. Supplantatis igitur & ejectis suis è sedibus, genuinis hujus Insulæ indigenis, spes suas ad altiora aspirantes adeò firmiter fundârunt, ut processu temporis, uniformem istius Provinciæ fabricam in *septimembrem Dominatum*, sive Heptarchiam transformarent: quæ (*septem* quasi *columnæ coronatæ*) septem suis item basibus, *Cantio*, *Australi-Saxiâ*, * *Visi-Saxiâ*, *Orientali-Saxiâ*, *Northumbriâ*, *Merciâ*, et *Orientali-Angliâ* niteretur; eædemq́; totidem suis quæq; Regibus parêrent: Quorum etiam Regnorum limites suis seorsim Insignibus, sive Armis gentilitijs, & circumductis lineis, in hac Charta Chorographica distinctìm describuntur. Quod verò ad omnes illos *Comitatus*, separatìm suæ cujusq; ditioni & imperio subjectos attinet, ad *Tabellam in quarto Capite septimi nostri Libri* te, Lector, rejiciemus: ubi tàm crescentis illius *Heptarchiæ* Historia; quàm ejusdem denuò unam in Monarchiam coalitio fusiùs continetur.

Septem Saxonicæ Heptarchiæ Regna, sive Ditiones.
*Sive *West-Saxia.*

(2) Neq; verò putandum est, fines ac terminos vel universæ *Heptarchiæ*, vel cujusq; per se *Regni*, ab ipso fundationis initio ita descriptos ac definitos fuisse, ut postèa fuerunt: sed, omnium aliorum more, sensim & gradatim ad constitutos justoq́; limites suos pervenisse. Extremum eorum *Borealem limitem*, non alium primò fuisse verisimile est, quàm quo *Romani* suam ante Provinciam à *Scotia* diremerant: vallum illud (*scilicet*) celebratum, qui *Murus Pictlcus* dicitur: quod ideò in Chorographica Charta nostra Kernellatum sive loricatum, & pinnis suis constructum reperies: idemq́; medium totius Insulæ, sive quâ in arctissimum se colligit terrarum spatium, à mari ad mare præcingens, hinc indè ab *Ituneâ* sinu ad *Tinæ* ostium prætenditur, utcunq; postèa suos fines ultra vallum illud promoverunt. Nullam *Romani* præter hanc unam *Borealem* Prætenturam habuerunt: *Saxones* verò, qui *Britannos* etiam sibi infensos fecerant, duas alias, in Occidentali utramq; Insulæ parte, tàm ad hostes coërcendos, quàm ad sese firmandos addidere. Priorem, *Offa Merciorum* Rex commentus est: qui Fossam mirando & opere & impendio (*Offæ Fossam* vocant) centum plus minùs millia passuum, per Montes & Colles, à *Devæ* ostio in agro *Flintensi*, ad *Vagæ* fluminis in *Gloecstrienſi* exitum, perduxit: quâ, *Britannos* residuos avitis sedibus exutos, & suis ipsius ab *Anglis* disjunctos, in Occiduis illis & sterilibus desertisq́; partibus continuit: Quam eorum calamitatem, *Haraldus* Rex graviorem fecit; lege latâ, qua cautum est, ut *Quicunq;* Wallorum, *citra Fossam illam cum telo deprehensus esset, ei statim manus dextra præcideretur.* Alteram Prætenturam *Athelstanus* Rex excogitavit: qui cùm *Britannos*, tractus illos Occiduos etiamnum incoluisse comperisset, (ab ultimo scilicet *Cornubiæ* Promontorio *Belerio*, qui Terræ finis dicitur, usq; ad *Iscam* sive *Exoniam*, Urbem in *Devoniensi* agro positam) eos non solùm ex Urbe illa expulit, quam insanis Fossarum substructionibus, validisq́; è saxo quadrato muris, ad eorum impetum & insultus comprimendos communivit; sed etiam statuit, ut *Tamara* fluvius illis limes esset. Undè totum illud Promontorium *Corn-Wallia* dictum est; nempè à figura ipsius, quæ *Cornu* imitatur (quod illis Corn dicitur:) & ab ipsis incolis, quos *Saxones* ƿealɼ appellant, quæ dictio apud eos, *peregrinos* sive *alienigenas* sonat.

Vltimus Borealis limes Heptarchiæ.

Murus Picticus unica *Romanorum* Borealis prætentura.

*Fluminis nomen in *Cumbria.*

Duas alias in Occidente prætenturas adjiciunt *Saxones.*

1 *Offa Fossa.*

2 *Tamara fl.*

Mariannus eos *Occidentales Britones* appellat: quos *Saxo victor* ƿeɼᵹ ƿealeɼ. vocat.

(3) Idipsum de singulis seorsim Regnis et Ditionibus dici poterit: quæ non nisi paulatim & per gradus, suos quæq; vel certos limites, vel Regales titulos acquisiverunt: quandò universus *Saxonicus Dominatus*, olim non in *Pagos* & *Comitatus*, sed in varias separatim *Regiunculas* divisus fuerit: atq; hæ rursus in *Hidas*, (*Hida* autem quatuor virgatas terræ continet; vel, ut alij, quantum uno in anno Aratrum proscindere ac colere potest:) uti ex vetusto fragmento, quod ad hoc usq; tempus servatum, duo exquisiti judicij Antiquarij divulgârunt, videri poterit; in quo universa *Cis-Humbrana* Regio, suas in *Hidas* hunc in modum dissecatur.

Saxonicæ Ditiones in *Hidas* dividuntur.

HIDÆ.

Myrcna continet 30000. *Hidas.*	*Noxgaga* 5000. *Hidas.*
Woken-setna 7000. *hidas.*	*Oht-gaga* 2000. *hidas.*
Westerna 7000. *hidas.*	*Hwynca* 7000 *hidas.*
Pec-setna 1200. *hidas.*	*Ciltern-setna* 4000. *hidas.*
Elmed-setna 600. *hidas.*	*Hendrica* 3000. *hidas.*
Lindes-farona 7000. *hidas.*	*Unecung-ga* 1200. *hidas.*
Suth-Gyrwa 600. *hidas.*	*Arosetna* 600. *hidas.*
North-Gyrwa 600. *hidas.*	*Fearfinga* 300. *hidas.*
East-Gyrwa 600. *hidas.*	*Belminga* 600. *hidas.*
East-Wixna 300. *hidas.*	*Witherigga* 600. *hidas.*
West-Wixna 600. *hidas.*	*East-Willa* 600. *hidas.*
Spalda 600 *hidas.*	*West-Willa* 600. *hidas.*
Wigesta 900. *hidas.*	*East-Engle* 30000. *hidas.*
Heresinna 1200. *hidas.*	*East-Sexena* 7000. *hidas.*
Sweordora 300. *hidas.*	*Cant-Warena* 15000. *hidas.*
Eysla 300. *hidas.*	*Suth-Sexena* 7000. *hidas.*
Wicca 300. *hidas.*	*West-Sexena* 100000. *hidas.*
Wight-gora 600. *hidas.*	

(4) Cùm autem septiformis illa, seu, ut ita dicam, septuplex *Heptarchia* in *Monarchiam* redacta esset, Regesq́; de *Paganis Christiani* fierent, *Ælfredus* ille Regum verè exemplar & speculum, ut Regnum suum firmiùs constitueret, subditosq́; legitimâ quadam certaq́; juris ratione regeret, primus universum Imperium suum in particulares sigillatim Regiones [sive *Comitatus*] *Shires* dictos à Scyne *Saxonica* dictione, quæ *secare* vel *dividere* significat) atq; in alias etiam *subordinatas Ditiunculas* partitus est. Qua de re *Malmesburiensem Historicum* audiamus. *Occasione*, inquit, *& exemplo Barbarorum* (*Danos* intelligit,) *etiam Indigenæ in rapinas anhelaverunt, adeò ut nulli tutus commeatus esset sine armorum præsidijs. Centurias igitur, quas* Hundreds *dicunt, & Decimas, quas* Tithings *vocant, instituit* * Ælfredus: *ut omnis* Anglus *legaliter duntaxat vivens, haberet & Centuriam & Decimam. Quòd si quis delicti alicuius insimularetur, statim ex* [*eadem*] *Centuria & Decima exhiberet, qui eum vadaretur; qui autem istiusmodi vadem non reperiret, severitatem Legis* * *horreret. Si quis verò reus, ante vadimonium vel pòst, transfugeret, omnes ex ea Centuriâ & Decimâ Regis* * *multam incurrerent, &c.* Hoc commento pacem infudit Provinciæ; ut per publicos aggeres, ubi semitæ per quadrivium finduntur, armillas aureas juberet suspendi, * quæ viantium aviditatem * riderent, dum non esset qui eas abriperet.

Ælfredus Rex *Anglium* primus in Comitatus divisit: & quare.

Ingulphus.

Malmesburiensis.

*Qui et *Alueredus.*

*Al experiretur, vel sentiret.

* Alij, Mulctam.

(5) Hoc institutum suum ÆLFREDVS Rex, vel à militaris rei & disciplinæ usu quem observaverat; ubi summi Ducis imperata, *Centurionum*, *Decurionum* aliorumq́; Subpræfectorum ope, facilimè optatos successus acquisiverunt, mutuari potuit: vel à *Germanorum* more, qui jura per Pagos Vicosq́; reddebant: quibus, *Centeni* ex plebe Comites ad rem administrandam adhibebantur. Quâ Divisione sua, horumq́; curâ & industriâ, pax cum æquitate & justitia adeò efloruit, ut si viator quantamcumq; summam pecuniæ in itinere amisisset, vel post mensem ad eundem locum rediens, integram eam & intactam reciperet.

* Al. Quî.
* Eluderent.

Tacitus.

Ingulphus.

Iohan. Sarisbur. in Policrat.

KENT

HENGIST

ANNO 456

SOUTH SAXON

ELLA

ANNO 473

WEST SAXON

CHERDIK

ANNO 514

EAST SAXON

ERKEN WIN

ANNO 527

NORTH UMBER LAND

IDA

ANNO 582

EAST ANGLE

UFFA

ANNO 546

MERCIAN

CREDA

ANNO 575

THE Suderland KINGDOME OF THE SCOTS

Assyn shire

Cathnes

Skye

Mula

Breadalbayn

Lorna

Knapdail

Argadi

Strathern

Argile

Lennos

Erneuale

KINGDOM. Cuningham

Coyl

Nidisdale

Busdale

Carrick

Wigton

Glasgu

THE IRISH SEA

IRELAND

Dublin

Arcklo

Waterford

Wexford

Carlingford

Dregde

Downe

Knock fergus

Sorlingues Iands

Berland I

The Gulfe

Harland point

Shellack point

Strumble point

Milford haven

Walys Iland

WALES

THE WEST SAXON

Lundy Iland

Scalmey

Stockholme

Tintagell

Padstow

Plymouth

Dart mouth

Sturt point

Faro head

Durnes

Handa Ile

Gellsgurie

Skant

Fladda

Ila

Kylmarie

Colansay

Jura

Arran

Lochranza

Dunstaffnage

Dunolly

Lochaber

Glenelg

Glenmalis

Glenshiel

Lochalsh

Strome

Laxford

Foulis

Tarbart

Murray Firth

Beaulyn

Orchard

Caldor

Kathkerney

Nairn

Forres

Elgin

Spey

Loch Loyne

Loch Spey

Gourey

Blayer

Fryuth

Ryfet

Angus

Dunberton

Glasgu

Lloyd flu

Garueth flu

Craford cast.

Norton

Lowdon hill

Busdale

Dumfris

Kirkcudbright

Wigton

Whitsand

Lizard point

Falmouth

Torbay

Dartmouth

Exeter

Tiverton

Taunton

Bridgwater

Bristol

Ilchester

Cirencester

Worcester

Shrewsbury

Chester

Carlisle

Penrith

Cockermouth

Workington

Egremond

Whitehaven

Ravenglas

Millum

Duddon

Furness

Lancaster

Preston

Liverpool

Manchester

Ormskirk

Warrington

Wirksworth

Derby

Nottingham

Lincoln

Boston

Yarmouth

Norwich

Ipswich

Colchester

Harwich

Maldon

Rochester

Canterbury

Dover

Sandwich

Margate

Deal

Hastings

Rye

Winchelsea

Lewes

Brighthelmston

Arundell

Chichester

Portsmouth

Southampton

Salisbury

Winchester

Andover

Newbery

Reading

Oxford

Abingdon

Glocester

Hereford

Leominster

Ludlow

Shrewsbury

Bridgnorth

Wenlock

Shiffnall

Lichfield

Tamworth

Coventry

Warwick

Stratford

Banbury

Northampton

Leicester

Newarke

Grantham

Stamford

Peterborough

Huntingdon

Cambridge

Ely

Bury

Thetford

Lynn

Walsingham

Cromer

Yarmouth

Sudbury

Hadley

Ipswich

Woodbridge

Orford

Aldborough

Dunwich

Southwold

Yarmouth

Lowestoft

Harwich

Colchester

Maldon

Chelmsford

Braintree

Dunmow

Bishops Stortford

Hertford

Ware

Barnet

Hatfield

Watford

Uxbridge

Windsor

Eton

Staines

Kingston

Croydon

Guildford

Farnham

Alton

Basingstoke

Andover

Newbery

Reading

Wallingford

Abingdon

Oxford

Woodstock

Chipping Norton

Burford

Cirencester

Tetbury

Malmesbury

Chippenham

Devizes

Marlborough

Hungerford

Newbury

Reading

Henley

Maidenhead

Windsor

Eton

Staines

Kingston

Croydon

Guildford

Farnham

Alton

Basingstoke

Andover

Salisbury

Shaftesbury

Blandford

Dorchester

Weymouth

Bridport

Lyme

Axminster

Honiton

Exeter

Crediton

Okehampton

Launceston

Bodmin

Truro

Penzance

Helston

Falmouth

Plymouth

Dartmouth

Torbay

Exmouth

Sidmouth

Budleigh

Topsham

Exeter

Tiverton

Taunton

Bridgwater

Wells

Glastonbury

Bath

Bristol

Chepstow

Monmouth

Abergavenny

Brecknock

Builth

Radnor

Presteigne

Knighton

Montgomery

Welshpool

Oswestry

Whitchurch

Nantwich

Middlewich

Northwich

Frodsham

Chester

Flint

Rhuddlan

St Asaph

Denbigh

Ruthen

Wrexham

Llangollen

Corwen

Bala

Dolgelle

Harlech

Barmouth

Aberystwith

Cardigan

Lampeter

Llandovery

Llandilo

Carmarthen

Kidwelly

Swansea

Neath

Cowbridge

Llandaff

Cardiff

Newport

Chepstow

Monmouth

Ross

Hereford

Leominster

Ludlow

Bridgnorth

Wenlock

Shiffnall

Wolverhampton

Lichfield

Tamworth

Coventry

Warwick

Stratford

Banbury

Northampton

Leicester

Newarke

Grantham

Stamford

Peterborough

Huntingdon

Cambridge

Ely

Bury

Thetford

Lynn

Walsingham

Cromer

Yarmouth

Sudbury

Hadley

Ipswich

Woodbridge

Orford

Aldborough

Dunwich

Southwold

Yarmouth

Lowestoft

Harwich

Colchester

Maldon

Chelmsford

Braintree

Dunmow

Bishops Stortford

Hertford

Ware

Barnet

Hatfield

Watford

Uxbridge

Windsor

Eton

Staines

Kingston

Croydon

Guildford

Farnham

Alton

Basingstoke

Andover

Newbery

Reading

Wallingford

Abingdon

Oxford

Woodstock

Chipping Norton

Burford

Cirencester

Tetbury

Malmesbury

Chippenham

Devizes

Marlborough

Hungerford

Newbury

Reading

Henley

Maidenhead

Windsor

Eton

Staines

Kingston

Croydon

Guildford

Farnham

Alton

Basingstoke

Andover

Salisbury

Shaftesbury

Blandford

Dorchester

Weymouth

Bridport

Lyme

Axminster

Honiton

Exeter

Crediton

Okehampton

Launceston

Bodmin

Truro

Penzance

Helston

Falmouth

Plymouth

Dartmouth

Torbay

Exmouth

Sidmouth

Budleigh

Topsham

Exeter

Tiverton

Taunton

Bridgwater

Wells

Glastonbury

Bath

Bristol

Chepstow

Monmouth

Abergavenny

Brecknock

Builth

Radnor

Presteigne

Knighton

Montgomery

Welshpool

Oswestry

Whitchurch

Nantwich

Middlewich

Northwich

Frodsham

Chester

Flint

Rhuddlan

St Asaph

Denbigh

Ruthen

Wrexham

Llangollen

Corwen

Bala

Dolgelle

Harlech

Barmouth

Aberystwith

Cardigan

Lampeter

Llandovery

Llandilo

Carmarthen

Kidwelly

Swansea

Neath

Cowbridge

Llandaff

Cardiff

Newport

Chepstow

Monmouth

BRITAIN
As it was devided in the tyme of the Englishe Saxons especially during their Heptarchy

THE GERMAN SEA

Performed by Iohn Speede & are to be sold by Iohn Sudbury & Georg Humble in Popes head alley at Londo.

THE BRITISH OCEAN

GALLIA

ETHELBERT — KENT — ANNO 595

SEBERT — EAST SAXON — ANNO 604

ERPEN WALD — EAST ANGLE — ANNO 624

EDWIN — NORTH UMBER LAND — ANNO 627

KENGILS — WEST SAXON — ANNO 635

PEADA — MERCIA — ANNO 650

ETHEL WOLFE — SOUTH SAXON — ANNO 662

Decimæ.

(6) Porrò Decimæ illæ antedictæ continebant decem quæque viros: quorum quisque vadem se invicem, alter pro alterius probitate daret. Quam ob causam, quibusdam in locis Decima etiamnum dicitur *Borow*, à *Saxonico* vocabulo Boph, quod vadem denotat: quorum unus princeps, *the Tithingman*, sive Bophej-ealoop, dictus est: adeò ut per totum regnum nemo esset, qui in sua classe sive ordine, multorum oculos in se conjectos non haberet. *Centuria* quæque suo sub ambitu decem ejusmodi *Decimas* habuit. Quandocunque autem quis *Centuriæ* suæ Principatum vel Præfecturam accipiebat, die statuto in loco ubi consueverant congregari, omnes majores natu contra eum conveniebant: & descendente eo de equo suo, omnes assurgebant ei. Ipse verò erectâ lanceâ suâ, quam sua quisque lancea tangebat, ab omnibus secundum morem fœdus accipiebat: eóque signo pacificè in ordinem sese redactum iri vovebant & confirmabant. Vnde societas hujusmodi, *Wapentachium* etiam dicebatur; à *Saxonico* þeþun-tac, *i. Armorum contactu*. Hijs in *Wapentachijs* multa negotia tractabantur. Quod autem in illis transigi non poterat, ad Societatem sive Conventum amplioris jurisdictionis, qui *tres* fere Centurias continebat (interdum etiam & *quatuor*) inde Þpiþingaj nominatum: cujus Principem Þpiþingzeperaj vocabant, referebatur. Hic verò Conventus aliquot in locis Leþ vocabatur; à *Saxonica* dictione zelaþian, *i. convenire*, sicut omnes itidem Comitatus zemotej, *i. Congressus* dicebantur. Denique, quod in hoc Consessu definiri non poterat, ferebatur in totam Schyram sive Comitatum. Quarum ad causarum, majoris sc. momenti decisionem, uti etiam ad Communem pacem stabiliendam, idem ille Rex, & *Iudices* in singulis Comitatibus, & Schyne-zeperaj (hodie *Vicecomites*) ordinavit: cùm antea Provinciæ per * *Vice-dominos* administrarentur.

Hinc *Franciplegij*, & *Freeborough*, *Lambert. Peramb.* In Cantio *Borßholders*. Centuria.

Ex lege *Edwardi Confess.*

Wapentachium.

Thrihings & *Thrihing-reves*.

Latha. Vnde, ut videtur, Curia nostra *Leet* nomen sumpsit.

(7) Hinc igitur tàm istius Regionis divisionem à *Saxonibus* in summa ipsorum gloria & splendore institutam, quàm etiam illius politicam administrationem, ab ipso supremo Rege (quem *Coning*, vel à scientiâ vel potentiâ suâ vocârunt) ad infimum usque perspicimus. Alij subalterni sive intermedij Rectores, per universum regnum, secundi sc. ab ipsis *Regijs consiliarijs*, fuêre, ut videtur, ij, quos tunc temporis Ealoeþ-men, nomine nunc dierum paulò demissiore; Dani verò *Eorles* appellârunt. Primarij præterea in Urbibus Magistratus Porc-zeperan, *i. Portuum Præfecti*, & Burhzh-þapen, i. *Burgheses*. Nam, quod ad nomen Laford, unde nos Angli contractè dicimus [Lord:] titulus ille honoris potius ac reverentiæ, quàm civilis auctoritatis videri possit: uti & Þein, viris melioris notæ attributus: sicut & unoeþ-Þein, servitij ac ministerij; & Ceople sive Churle, plebeiæ suæ conditionis & ordinis nota: quales etiam zemen dicebantur, (Anglis *the Yeomanry*) i. legales & ingenui homines.

* Vidoms. *Ingulphus*.

Aldermanni. *Eorles* sive *Comites Camd. p.* 120. *Lambertus* verò Titulum Saxonicum esse arbitratur.

Port greves vel *Port-reves*. *Burgheses*. *Thean* vel *Thain*. *Vnder-Thain*. *Lam. p.* 20. vetùm *Camdenus p.* 121. Danicum fuisse opinatur. *Churle*. *Yeomanrie*.

(8) A prima illa Regis *Ælfredi* prudentissima regionum & Provinciarum partitione, numerus dictorum Comitatuum mutationem aliquam sensit. Quot enim numero illi fuerant *Anno* 1016. regnante ETHELREDO, *Malmesburiensis* Historicus refert. *Dani*, inquit, *cùm numerarentur in Angliâ, Comitatus non pauciores quàm triginta duo, sedecim* [eorum] *invaserunt*: imò, pòst etiam, plures numero non erant; quo tempore novam eandemque triplicem differentiam admisit Anglia: pro legum nimirum, triplici genere, quibus Resp. administrabatur: *Occiduorum* nempe *Saxonum*, *Danorum*, & *Merciorum*. Ac primùm quidem, ad *Occidentalium Saxonum* legem spectârunt novem Comitatus, *Cantium*, *Sussexia*, *Suthreia*, *Bercheria*, *Suth-Hantonia*, *Wintonia*, *Somersettia*, *Dorsettia*, & *Devonia*. *Danorum* legi quindecim alij paruêrunt; *Eboracensis*, *Derbiensis*, *Nottinghamiensis*, *Leicestriensis*, *Lincolniensis*, *Northantoniensis*, *Bedfordiensis*, *Buckinghamiensis*, *Hertfordiensis*, *Cantabrigiensis*, *Huntingdoniensis* Comitatus, *Essexia*, *Middlessexia*, *Norfolcia* & *Suffolcia*. Reliqui octo, *Merciorum* legi subjecti fuerunt: Hij autem erant, *Gloucestriensis*, *Wigorniensis*, *Herefordiensis*, *Warwicensis*, *Oxoniensis*, *Cestriensis*, *Salopiensis*, & *Staffordiensis*.

Polychron. lib. 1. cap. 19. Triplex legum differentia: & quibus quique Comitatus subditi.

(9) Cùm autem *Guilielmus Rex Conquestor* regali *Angliæ* diademate capiti impositò Rerum potitus; lustróque per totum Regnum condito censum egisset: in publico suo Censuali libro, qui *Domes-day* dicitur, triginta quatuor numeratos legimus; præter *Dunelmensem*, *Lancastriensem*, *Northumbriam*, *Westmeriam*, & *Cumbriam*: quarum provinciarum tres quidem posteriores id temporis *Scotis* obnoxiæ; reliquæ verò duæ, ad fines tutandos pensitationibus & censu prorsus immunes fuere. Qui Comitatus quinque in numerum illum asciti, triginta novem conficiunt. Quibus demum tredecim alij in *Wallia* adjecti, quinquaginta duos omninò (quot hodiéque censentur) numero colligunt.

Conquestoris tempore Comitatus 34. & plures.

Comitatus 39.

Comitatus 52.

(10) Auctor verò *Polychronici*, quânam vel argumenti vel Registri fide ductus nescio, triginta sex cum dimidio, illius lustri sive Census, Conquestoris tempore, numerat. In quo, inquit ille, recensebantur per universam *Angliam* oppida & vici quinquagies bis mille & octoginta: Ecclesiæ paroeciales quadragies quinquies & bis mille: Militarium feodorum septuaginta quinque millia. Quorum viginti octo millia & quindecim, ad Religiosorum ordines spectârunt: neq; tamen hoc in censu ullam *Cornubiæ* partem connumerat. Hujus autem historiæ sive relationis fiduciâ, fieri potest quod *Rossus Warwicanus* de Terræ istius depopulatione conquestus est: quæ, ut refert ille, vicis oppidisque olim non minùs passim referta floruit, quàm peramœnus & speciosus aliquis hortus, suis undique conquisitis florum delicijs ornatus nitet.

Polychron. lib. 1. cap. 19. Triplex legum differentia: & quibus quique Comitatus subditi.

Tres Comitatus 36. cum dimidio.

Oppida & vici Conquestore regnante.

Ecclesiæ paroeciales.

Feoda militaria.

(11) Porrò, *Ælfredus* Rex, primus Divisionis *Angliæ* Author, in singulis hisce Comitatibus, *Præfectum* Regium, quem *Lieu-tenant* dicunt, instituit. Hij autem Præfecti, tunc temporis *Custodes*; postea verò, ut *Higdenus* ait, *Eorles* sive *Comites* dicebantur. Quorum munus erat, populum in fide & officio erga Regem continere, & latronum ubicunque grassantium vim & impetum reprimere. *Canutus* autem *Danus*, cùm rebus bene gestis fortunáque favente, in regio *Angliæ* solio constitutus esset, sollicitudinem Regni quadrifariam partiens, in Monarchiam induxit Tetrarchiam, viz. *West-Saxiam*, *Merciam*, *Northumbriam*, & *East-Angliam*. Quarum primam & maximam sibi ipsi regendam elegit: reliquis, tres Tetrarchas, quos fidelis voti repererat [*Hermandum* Archidiaconum legis] præficiens: *Edricum* quendam *Mirchæ* sive *Merciæ*, secundæ portioni: *Yrtum* tertiæ, *Northumbræ* vocatæ: & *Turkillum* Comitem, *East-Angliæ*. Cæterùm *Walliæ* nequaquam vel in hac vel in illa Regis *Ælfredi* Partitione comprehensa est; cùm eam ab *Anglia Offa* Rex, ut dictum est, discluserit. Sed illæ antiquorum *Britannorum* reliquiæ, Occiduam itidem provinciam suam, in Regna, Cantredas & Commotos dividebant: ut fusiùs in illius * *Principalitatis* Typo demonstrabimus. Atque de *Angliæ* sub *Saxonibus* divisione, qui eam per quingentos sexaginta septem annos, à primo eorum sub *Hengisti* auspicijs, usque ad *Edmundi Ferrei-lateris* mortem, adventu, & rursus sub *Edwardo Rege Confessore*, pro termino viginti annorum obtinebant, hactenus dictum sit.

Præfecti sive Locum-tenentes. *Cambd.*

Quadrimembris sub *Canuto Dano* Angliæ divisio.

* Sive *Principatus*

(12) Iam verò si quis paulò in hijs minutijs curiosior quæsiverit, quid sibi velint *Emblematici illi limbi*, qui hanc chartam Chorographicam prætexunt? sic habeto. Dextrum quidem ejus latus, septem primos in Heptarchia illa Reges, eorum nomina, Regna etiam, scuta sive insignia gentilitia, annúmque ineuntis cujusque eorum regni continet: Sinistrum verò, eadem ipsa de septem illis primis Regibus, qui per Christianum baptismum ad æterni cœlestis regni spem aspirârunt, graphicè depingit. Horum primus, *Ethelbertus* Cantianus Rex, *Augustini* institutione imbutus; & secundo in loco *Sebertus* Occidentalium Saxonum Rex, Episcopi *Mileti* consilio adductus, templa *Dianæ* & *Apollinis*, quæ nunc SS. PAVLI Londinensis & *Petri* Westmonasteriensis ædes sacræ sunt, ad divinum Christi cultum converterunt. Tertius *Erpenwaldus*, Orientalium Anglorum Regulus, hortatu *Edwini* Northumbriæ Regis sacrum lavacrum suscepit (utcunque *Edwinus* ipse suum videatur ad tempus baptismum distulisse) ideóque à suis ipsius subditis Paganis martyrio affectus est. Quartus, *Edwinus* Northumbrius, qui per quietem viso quodam excitatus fuit, & ad Regnum expectandum, & ad fidem recipiendam: quam per *Paulinum* divinum sibi verbum annuntiantem, eundémque ab ipso ad *Eboracensis Archiepiscopatus* sedem evectum, assequutus est. Quintus, *Kingillus* Visi-Saxonum Rex, qui per verbi ministerium, à *S. Berino* (quem Dorcestriensem Episcopum juxta Oxoniam fecerat) conversus est. Sexto in loco *Peada Mercius*, qui auctore *Oswyo* Rege Northumbrio, Christianâ fide acceptâ, suæ ipsius matris, vel, ut alij volunt, uxoris scelere trucidatus, perijt. Vltimúsque *Ethelwolfus*, qui Australibus Saxonibus imperitavit, à *S. Berino*, Oxoniæ, baptismo initiatus fuit; *Wulphero Merciorum* Rege ibidē pro eo spondente, & eum è sacro fonte excipiente.

Lib. 2.

Saxonici in Britannia Imperij periodus.

Lib. 7. c. 18.
Lib. 7. c. 8. §. 3.
Lib. 7. c. 11. §. 3.

Lib. 7. c. 9. §. 8.

Lib. 7 c. 7. §. 7.
Lib. 7. c. 10. §. 5.

Lib. 7. c. 6. §. 3.

(13) Quandoquidem verò isti Saxones huic Insulæ nomen ANGLIAE primi indiderunt, hoc ipso in loco pro Auctario sive Coronide, *Epigramma* tam de regione ipsa, quàm de illius nomine affigemus: eóque magis, quòd præcipua & pars ejusdem, & laus quam continet, *Angliæ* adempta, & surreptitium in modum contra *legem Plagiariam*, nuper tanquam *Galliæ* propria & peculiaris ascripta sit. Author quidam (inquit *Bartholomæus de Proprietatibus rerum*) *Angliam* hunc in modum isto Hexasticho describit.

*Anglia terra * ferox & fertilis, Angulus Orbis,*
Insula præsuves, quæ toto vix eget Orbe;
Et cujus totus indiget Orbis ope.
Anglia plena iocis. Gens libera & apta iocari:
** Libera Gens, cui libera mens, & libera lingua:*
Sed linguâ melior liberiorq; manus.

In *Iodoci Hondij* Charta Galliæ.

Vixit anno 330. Author autem ille longè fortassis antiquior fuit.

* Al. *ferax*, sed minùs aptè, quia sequitur *fertilis*.

Hunc versiculum inserit *Hondius* tanquam Galliæ proprium.

BRITISH MUSEUM 11 MY 1918

FLORENTIS REGNI ANGLIÆ, VNA CVM GENERALI EIVS AB IPSIS *NORMANNORVM* TEMPORIBVS DESCRIPTIONE, TYPVS.

CAP. III.

QUAM *Saxonum* Gloriæ in hac Insula finis appetebat, illius nutu & arbitrio, qui & temporum momenta & Regna, sua ipsius manu quæ omnia disponit & moderatur, tenet: suis ipsorũ ensibus hoc primùm machinantibus, & *Danis* postmodum malleorum instar, speciosum eorũ Diadema frustulatim comminuentibus; cùm *Normanni* gens impigra, & rebus gerendis nata, non expectati, nec multùm formidati, ductu *Guilielmi* Ducis sui, hortatúq; Pontificis *Romani*, solennis apud nos cujusq; juris non satis liquidò comperti & cogniti assertoris, huc in *Angliam* repentè appulerunt. *Guilielmus* autem uno duntaxat prœlio commisso, quà jure gladij sui, quà cæde *Haraldi* fretus, Imperialem capiti suo Coronam imposuit. Quod cùm primùm factum est, *Angli* statim corruere & pessum ire, *Normanni* verò insolenter dominantes, *Urbes quas ipsi nunquam ædificârant tenuere; vineas quas non plantârant possedêre; de puteis quos non effoderant, bibêre; domos etiam omnibus bonis refertas, quas nequaquam ipsi implêrant, incoluêre.* Quippe qui *Angliam* invenerant, *sicut terram quam Dominus Deus invisit, & super quam oculi eius, ab initio anni ad finem usq; conjecti sunt: non aquis cœlestibus solũ irrigatam; sed quæ torrentes rivosq; aquarum, & fontes suis in vallibus haberet: terram* (inquam) *in qua nulla esset penuria; utpote cuius lapides sint ferrum, & de cuius montibus æris metalla fodiantur.* Exinde, consultissimum illis visum est, primo quoq; tempore in hac ipsa, & pulcherrima & fertilissima parte Insulæ (*Angliam* dico) considêre: cùm Victor ipse omni consilio adhibito tam militari quàm politico, hoc imprimis ageret, ut posteris suis, hîc & sedem poneret & in perpetuum stabiliret. Qualis fuerat Politica hujus Regionis sub illius adventum administratio, in *Heptarchia* diximus. Parùm autem Victori fuerat & Gentem & Regionẽ in suam potestatem redegisse, nisi ipsas etiam *Consuetudines, Leges*, & *Linguam* eorum sui juris fecisset.

Deut. 6. v. 10. 11.

Deut. 11. v. 12. v. 11.

Deut. 8. v. 7. v. 9.

(2) Ac quod ad totius Regni partitionẽ sive distributionem attinet, cùm alij ante eum Reges, eâ quæ præcipuè ad populi commodũ & expeditiorem juris dicundi rationem facerent, usi essent, ipse ad opes sive facultates subditorũ suorũ quantæ essent cognoscendas, & ad suum ipsius fiscum augendum & ditandum, abusus est. *Universam enim Angliam describendam curavit: Censum egit, quantum agri Baronum suorũ quisq; possederat: quot fœda militaria, quot Carucatas, quot in villenagio, quot pecorũ cuiusq; generis capita, atq; adeò quantũ nummorũ quisq; à summis ad infimos in numerato haberet; qui denique redditus ac provẽtus de cuiusq; fundo et possessione colligi ac percipi possit.* Hujus Notitiæ sive Inquisitionis liber, qui adhuc in Scaccario extat, pro generalitate judicij illius sive census totius Terræ, Iudiciarius nonnullis; *Anglis* autem *Domes-day* dictus est. Huic etiam alterã suam *Angliæ* distributionẽ cæteris omnibus prædictis iniquiorẽ adjicere licet: *quà exclusis hæreditate avita Anglis, agros & prædia militibus suis assignavit: ita tamen, ut omnia in fœdo sive fide, à Rege veluti solo vero Domino & Possessore tenerentur.*

Florent. Wigor. p. 449.

Gervas. Tilb. Ingulphus.

Camb. in Norm. Mat. West. l. 2. &c.

(3) De Legibus autem quibus Remp. regere & administrare constituit, hoc unũ præ cæteris singulare axioma et propositũ: *Populũ* .sc. *legibus scriptis et certis gubernari oportere.* Alióqui enim, novos Iudices, novas subinde sententias et nova judicia laturos: atq; ideo *Duodecim viros è singulis Comitatibus eligi curavit, qui inquisitorandi fide interpositâ, in neutrã partẽ à vero declinantes, nec quicquã vel addentes vel detrahentes, antiquas suas omnes & leges & consuetudines, Regi aperirent.* Quorũ ex fida relatione, cùm intelligeret, leges *Angliæ* ante illud tempus in triplici differẽtia fuisse; Merciorũ .sc. quã *Merchenlage*; Occiduorũ Saonũ, quã *West-Saxonlage*; et Danorum, quã *Dane-lage* vocitârunt: has quidem posteriores (quòd ipse suique antiquitus è borealibus illis oriundi essent gentibus) cæteris prætulisset, nisi quòd Barones ad unum omnes apud Regem conquesti, *quã iniquum et grave populo futurũ esset, legibus illis teneri, quas minimè intelligerent; sententiam illius certã et deliberatã immutarunt.* At vero transmarinas illas *Normannorũ* agendi in foro formulas, moremq; causarum *Gallicè* disceptandarũ cum induxit (qui ad regis *Edoardi* tertij tempora viguit) parùm sanè illi malo ac gravamini provisum est. Consimili modo, antiqua Iuris fora sive Tribunalia, in quibus hæ Leges administrarentur, non parũ mutavit. Cum autẽ prisci *Angliæ* Reges, *Mosis* exemplo, ipsi in Tribunali ad majores subditorum suorum causas litésq; decidendas sedissent: ut *Guilielmus Lambertus* in Regibus, *Alfredo, Edgaro, Canuto, &c.* ostendit: et ex Sacrimenti Regis formula, è *Bracton, Brittono, legibus Saxonicis, &c.* confirmat: *Rex Guilielmus* non modo hunc morẽ retinuit, sed alia etiam Fora sive Tribunalia, videlicet *Scaccarium*, et certas Curias ac Sessiones, quater quoque anno habendas instituit: quinetiam, tã *Iudices* (alios quidẽ ad causas audiendas, alios verò ad quos provocare, sed à quibus minimè fas esset) quàm *Præfectos*, continendis suo in officio quibusq;, ac ne quid Resp. detrimenti caperet, constituit. Hos autẽ ultimo in loco positos, appellat *Polydorus Iusticiarios pacis.* Sed eorũ institutio multo recentior videtur esse. Nec minùs in alteram partẽ erravit idem Author, cùm dixerat, Victorem sive Conquestorem, Vicecomites primùm ordinâsse, causarúmq; per duodecim viros cognitionẽ. Constat enim tã hos quãillos antiquiores fuisse.

Lambert. Archaion.

Gervas. Tilb. Regis Curia in qua ipse in propria persona iura decernit.

(4) Quandoquidem verò Conquestor in Episcoporũ honorem, eorum sedes à locis humilibus & obscuris, ad celebriores urbes transferri voluit; idcirco Divisionem illam Regni hujus, quæ *Iurisdictionem Episcopalem* respicit, in hunc postremum locum consultò reservavimus. Superioribus seculis, anno videlicet salutis Humanæ 636. *Honorius*, quintus *Cantuariensis* Episcopus, *Angliã* in Paræcias primus divisit: quæ hodie sub suis quæq; *Diœcesanis* continentur: atq; hij denuo duobus suis *Metropolitanis* (*Cantuariensi* & *Eboracensi*) subsequentẽ in modũ subjiciuntur.

Hist. Dorobor.

In CANTVARIENSI *Provinciâ.*

Episcopatus.	Comitatus.	Paræciæ.
Cantuariensis.	*Cantium.*	257.
Roffensis.		98.
Londinensis.	*Essexia.*	623.
	Middlesexia.	
	Hertfordiensis pars.	
Lincolniensis.	*Lincolniensis.*	1255.
	Leicestriensis.	
	Huntingdoniensis.	
	Bedfordiensis.	
	Buckinghamiensis.	
	Hertfordiensis pars.	
Cicestriensis.	*Hertfordiensis pars.*	250.
	Sussexia.	
Wintoniensis.	*Southhantoniensis.*	362.
	Surreia.	
	Vecta Insula.	
	Gerneseia Insula.	
	Ierseia Insula.	
Sarisburiensis.	*Wiltoniensis.*	248.
	Bercheria.	
Exoniensis.	*Devonia.*	604.
	Cornubia.	
Bathoniensis & Wellensis.	*Somersettensis.*	388.
Glocestriensis.	*Glocestriensis.*	267.
Wigorniensis.	*Wigorniensis.*	241.
	Warwicensis pars.	
Lichfeldiensis & Couentriensis.	*Warwicensis pars.*	557.
	Staffordiensis.	
	Derbiensis.	
	Salopiensis pars.	
Herefordiensis.	*Salopiensis pars.*	313.
	Herefordiensis.	

A Lady.

A Gentleman

A Citizens wife

A Countryman

THE KINGDOME OF ENGLAND

SCOTLAND

IRELAND

THE IRISH SEA

Iodocus Hondius Flander celavit. Anno Dom. 1610.

DIEU ET MON DROIT

A Catalogue of all the Shires, Cities, Bishoprickes, Market Townes, Castles, Parishes, Rivers, Bridges, Chases, Forrests, and Parkes, contynued in every particuler shire of the Kingdome of England.

Shires	Cities	Bishoprickes	Mark Townes	Castles	Parish Churches	Rivers	Bridges	Chases	Forrests	Parkes
Kentz	02	02	17	08	398	06	14	00	00	23
Sussex	01	01	18	01	312	02	10	07	04	33
Surrie	00	00	06	00	140	01	07	08	04	17
Middlesex	02	02	03	00	075	01	03	01	00	04
Hant-shire	01	01	18	05	248	04	31	00	08	22
Dorset shire	00	00	18	06	248	04	29	01	02	12
Wilt shire	01	01	21	01	304	09	31	01	09	29
Somerset shire	03	02	29	01	384	09	45	00	02	18
Devon shire	01	01	40	03	394	23	166	00	00	23
Cornwall	00	00	23	08	161	07	31	00	00	09
Essex	01	00	21	01	419	07	28	00	01	46
Hartford shire	00	00	18	00	120	01	24	00	00	23
Oxford shire	07	01	10	00	208	03	26	00	04	09
Buckingham shire	00	00	17	00	185	02	14	00	00	15
Berck shire	00	00	11	01	140	03	07	00	04	13
Glocester shire	01	01	20	01	280	02	22	01	02	19
Suffolk	00	00	28	01	464	02	32	00	00	27
Norfolk	01	01	26	00	625	03	15	00	00	00
Rutlands	00	00	02	00	047	00	01	00	00	04
Northampton shire	01	01	11	02	326	05	24	00	03	23
Huntingdon shire	00	00	05	00	078	01	05	00	00	07
Bedford shire	00	00	10	00	116	01	06	00	00	12
Cambridge shire	00	01	06	00	163	01	07	00	00	05
Warwick shire	01	01	12	01	198	07	21	01	00	16
Leicester shire	00	00	11	02	200	01	10	00	02	13
Stifford shire	01	00	12	05	130	13	13	01	01	38
Worcester shire	03	01	07	03	142	05	13	01	02	16
Shrop shire	00	00	13	13	170	18	13	00	07	27
Hereford shire	01	01	08	07	176	13	11	01	02	08
Lincolne shire	01	01	26	02	630	09	15	00	00	13
Nottingham shire	00	00	11	00	168	05	17	00	01	18
Darby shire	00	00	08	04	106	13	21	00	01	34
Chishire	01	01	09	03	068	09	19	00	02	18
Yorke shire	01	01	40	14	563	36	62	04	08	72
Lancashire	00	00	08	06	036	33	24	00	01	30
Durham	01	01	05	04	062	11	20	00	00	21
Westmorcland	00	00	04	06	026	08	15	00	02	19
Cumberland	01	01	08	15	098	20	33	00	05	08
Northumberland	00	00	11	12	040	21	16	00	01	08
Mounmouth	00	00	06	07	142	15	14	01	00	03
Glamorgan	00	01	07	12	191	16	06	00	00	09
Radnor	00	00	04	05	043	13	05	00	03	00
Brecknok	00	00	03	04	070	27	13	00	00	02
Cardigan	00	00	04	00	077	28	03	00	02	00
Carmarthin	00	00	06	04	081	20	16	00	04	02
Penbrok	00	01	06	05	142	06	07	00	02	03
Montgomery	00	00	06	03	042	28	06	00	00	00
Merlonideth	00	00	03	02	054	26	07	00	00	06
Denbigh	00	00	03	03	053	24	06	00	00	06
Flint shire	00	01	03	04	024	04	02	00	00	02
Anglesey	00	00	05	00	083	08	02	00	00	00
Caernarvon	00	01	05	05	073	17	06	00	00	00
52 Shires	29	26	641	186	9745	555	956	15	68	781
	Cities	Bisho	Mar.To.	Castles	Pa. Ch.	Rivers	Bridg	Chas	For	Park

A Noble-man

A Gentle Woman

A Citizen

A Country Woman

PART OF FLAUNDERS

The Scale of Miles

Described by Christopher Saxton, augmented by John Speed, and are to be solde in Popis head alley by John Sudbury and George Humble Cum Privilegio.

THE GERMAN OCEAN

BRITISH SEA

The Ile of Wight

Episcopatus.	Comitatus.	Parœciæ.
Elyensis.	*Cantabrigiensis.* / *Insula Elyensis.*	141.
Norwicensis.	*Norfolcia.* / *Suffolcia.*	1121.
Oxoniensis.	*Oxoniensis.*	195.
Petriburgensis.	*Northantonensis.* / *Rutlandia.*	293.
Bristollensis.	*Dorsettiensis.* / *Glamorgania.*	236.
Lhandaffensis.	*Monumethensis.* / *Brechinensis.* / *Radnoria.*	177.
Menevensis.	*Pembrochiensis.* / *Caer Maridunensis.*	308.
Banchoriensis.	*Caernarvonensis.* / *Mona Insula, sive Angleseia.* / *Mervinia.* / *Denbighensis pars.*	107.
Asaphensis.	*Denbighensis pars.* / *Flintensis pars.*	121.
In EBORACENSI *Provinciâ.*		
Eboracensis.	*Eboracensis.* / *Nottinghamiensis.*	581.
Cestriensis.	*Cestriensis.* / *Richmondiensis.* / *Cumbriæ pars.* / *Lancastriensis.* / *Flintensis pars.*	256.
Carliolensis.	*Cumbriæ pars.* / *Westmorlandia.*	93.
Dunelmensis.	*Dunelmus Civitas.* / *Northumbria.*	135.
Sodorensis.	*Mona Insula* [*Cæsaris.*]	17.
Summa.	Episcopatus. 27.	Parœciæ 9285.

(5) Vt taceam de Flaminibus viginti octo illis Idololatriæ Sacerdotibus, & de tribus Archi-Flaminibus, quorũ sedes *Londini, Caerleone,* & *Eboraci* positæ erant: quæ conversæ omnes à rege *Lucio* in Christianas Episcopales Cathedras fuerunt: tribus illis duntaxat postremis insistamus; quæ ab eodem Rege tanquã Metropolitanæ, ut præessent cæteris, constitutæ sint. Quarum illa *Londinensis* præcipua dicitur fuisse. In qua, primus sedit Archiepiscopus *Theanus*, is qui Dᵛᵒ. *Petro* sacrũ illud in *Cornhil* templũ, cathedralẽ sibiipsi posuit Ecclesiã, uti ex antiqua satis illic nuper appendente tabula innotuit: & traditio ad hodiernũ usq; diem continet. Historici nostri quindecim Archiepiscoporũ ordine succedentium seriem deducunt, qui ab ejusdẽ Regis tempore ad Saxonũ adventũ sederunt: quorũ ultimus fuit *Vodius*, à rege *Vortigero* interfectus; quòd nuptias illas cum *Rowena Hengisti* filia ethnicas & impias reprehendisset. Atq; hoc quidẽ tempore, et misera huius Insulæ conditio, et piæ Religionis calamitas incœpit: cùm utramq; sub profanis suis pedibus protrivissent Saxones: donec *Ethelbertus Cantij*, primusq; Saxonum Christianus Rex, et Christianissimum promovit, et *Augustinum* ad Archiepiscopatum *Cantuariensem* evexit, cum *Londinum* sub *Mileto* illi sedi subjiceretur.

(6) *Caerleone* sive ad urbẽ Legionum super *Iscam*, magno illo *Arthuro* regnante, sedit *Dubritius*, vir & doctrinâ et vitæ sanctimoniâ insignis. Sederat diu ille quidem *Lhandaffæ* Episcopus, & unà cum duobus Gallicis Episcopis *Germano* et *Lupo* Pelagianâ hæresim, quæ hanc Insulã tunc temporis longè latéq; infecit, acriter impugnaverat: cujus nomẽ vitæq; integritas adeò inclaruit, ut totius *Walliæ* Archiepiscopus constitueretur. jam verò grandis natu cùm esset, eandem sedem *Davidi* Discipulo suo in manus, viro & genere clariori, & majoris vitæ austeritatis transdidit: qui de sententia, & cũ consensu *Arthuri* Regis, Archiepiscopalem Cathedrã suam, *Meneviam*, locũ admodũ solitarium, & meditationi aptum transtulit. Miracula hujus viri (quæ plurima fuisse perhibentur) et loci nomen in suũ mutârunt, et *Caerleonam* sive ad *Iscã* urbẽ Legionũ, Archiepiscopali sede suâ spoliârunt. Hæc *Menevensis*, sive Sᵗⁱ *Davidis* sedes, uti in antiquo Registro ad Ecclesiam illã spectante proditũ memoriæ est, septẽ sibi subditos habuit Episcopos Suffraganeos; *Exoniensẽ, Bathoniensem, Herefordiensem, Lhandaffensẽ, Banchoriensem, Asaphensẽ* et *Ferneiensem* in *Hibernia*. Attamen, sive *Pallij* defectu, quod *Sãpsonus* Archiepiscopus cõtagioso grassante morbo, in *Britanniam Armoricã* transportaverat; sive inopiâ, sive etiã negligẽtiâ, illius jurisdictionis honore excidit; & *Henrico* 1. regnãte, sedi *Cantuariensi* subjecta fuit.

(7) *Eboracensi* Archiepiscopatui fœliciùs quàm priorum alterutri cessit; quippe qui primitivam dignitatem suam retinuit; quanquã diœcesi et circuitu suo multum imminuto: cùm antiquitus Metropolitani jus in omnes *Scotiæ* Episcopos vendicâsset: Utcunq; enim honore et jurisdictione, à summo Pontifice *Gregorio* (ut *Beda* refert) Cantuariensi æquatus fuerit, (upote qui duodecim Suffraganeos Episcopatus, qui debitâ & Canonicã obedientiam illi præstiterunt, haberet) hodie tamen quatuor tantùm, *Eboracensem* Metropolitanum suum agnoscunt, *Cantuariensem* verò superiorem. Rex enim *Guilielmus* Conquestor, periculosum fore ratus, ut bini æquali potestate essent, ne fortè cùm alter Diadema capiti illius imposuisset, ab altero dejiceretur, *Eboracensem* Archiepiscopũ Primatẽ quidem dici, *Cantuariensem* verò solũ Primatem totius *Angliæ* et esse et dici voluit.

(8) *Lichfeldiam*, ab *Hadriano* primo, Pontifice Romano, precibus *Offæ* magni Regis *Merciæ*, Archiepiscopalem sedẽ factam fuisse, ex *Matthæo Westmonasterienſi* apparet; cujus Iurisdictioni Episcopatus assignati fuerunt *Wintoniensis, Herefordiensis, Leicestriensis, Sidnacestriensis, Helmshamensis* & *Dunwicensis*: cujus etiam primus Archiepiscopus (qui & ultimus) fuit *Aldwinus*. Quin et *Wintoniam* Archiepiscopale Pallium affectâsse, idẽ Author memorat. Cùm enim *Henricus Blesensis*, regio sanguine ortus, acriter cũ *Cantuariensi* Archiepiscopo de loci prærogativâ contendisset, hoc nomine quòd Cardinalis esset *de latere*; ad eum quidẽ Archiepiscopale Pallium unà cum jure & potestate in septẽ Ecclesias transmissum est: ipso verò præmatura morte antè sublato, quàm res transacta esset. Sedes *Wintoniensis* subdita *Cantuariensi* remansit, Sedẽ etiã *Dorcestriensem* juxta *Oxoniã*, Archiepiscopale jus habuisse, ex illis Proumcijs quæ sub ejus Diœcesin sive Iurisdictionẽ venerunt, *Wintoniensi, Oxoniensi, Lincolniensi, Sarisburiensi, Bristollensi, Wellensi*, sive *Fontanensi, Lichfieldiensi, Cestriensi*, et *Exoniensi*, certò constat. Primúsq; hujus amplæ Ditionis Episcopus *Berinus*, & Apostolus, & Episcopus * Visi-Saxonum dictus est. Quæ Diœcesis sive Iurisdictio, Successore suo primo sedente, in duas dissecta fuit partes, *Wintoniensem* et *Dorcestriensem*: nec ita multò pòst in tres, *Lichfieldiensem, Sidnacestriensem* & *Legecestriensem*: Postremò *Dorcestriâ* hæc Cathedra, *Lincolniam* (uti hodie est) translata fuit. Atq; hæc de istius Regni tam politica quàm Ecclesiastica Divisione, prout et olim se habuit, et hodie perstat dixisse sufficiat.

(9) Totius autem Insulæ Divisio, primitùs, uti ex antiquæ memoriæ certissima fide constat, facta est, quo tempore *Iulius Agricola* fossum sive vallum ac sepimentum, in angusto illo terræ spacio quod bina æstuaria *Glottam* et *Bodotriam* interjacet, produxit: australémq; Insulæ partẽ, Provinciam Romano imperio attributã esse voluit. Posteà, *Hadrianus* Imperator, cùm fortasse videret Provinciâ ampliorem esse, quã quæ sine magna impensa probè administrari possit, contaxit hos limites, & octoginta plus minùs milliaria retrocessit, usq; ad ipsum *Tinæ* ostium: unde vallũ admirando opere *Carleolũ* usq; pro munimento sive prætẽturâ produxit: idémq; *Britanniæ* terminus quãdiu *Romana* fuit provincia, perstitit. At verò Saxones victorijs suis continẽter elati, hos fines denuo prætergressi, ditionẽ (ut videtur) suã ad primæ illius prætẽturæ sive clausuræ tractũ promoverũt; ut in lapidea cruce super pontẽ sitâ, quo *Bodotria* sive *Edenburgi*, i. * æstuariũ, jungitur, hæc inscriptio tẽstatur.

I am a free March, as passengers may ken,
To Scots, to Britaines, and to English-men.
Quæ Latinè hunc in modum reddi potest.,
Liber ego limes, (quod noverit ipse viator)
Anglis & Scotis, antiquis atq; Britannis.

(10) Posteà verò, *Guilielmus* Victor, & *Malcolmus Scotiæ* Rex, cùm inter se de finibus suis convenissent, super saxetum (vulgo *Stanemore*) Crucem erexerunt. Hujus in altero quidem latere effigies Regis *Angliæ*, suis cum Armis sive insignibus; in altero verò, *Scotiæ* Regis insculpta fuit (cujus adhuc fragmentũ ibidem juxta Hospitium sive diversorium extat) unde *Rei-crosse* .i. Regia Crux dicta est; illic posita, ut quasi Terminalis utriq; Regno lapis esset. Hujus Successores *Angliæ* Reges, cùm duas etiam in Occidente Clausuras abolevissent, factum est ut *Walli* & *Angli* in unã eandémq; gentem et regnum coalescerent. Porrò *Stephanum* Regem, ut gratiam cum *Scotorum* gente iniret, illorũ Regi *Cumbriæ* Comitatum dedisse ferunt: qui unà cum eo, et *Westmorlandiam* & *Northumbriã* tenuit: Cæterùm, ut *Neubrigensis* scribit, eas ditiones Regi *Henrico* 2. restituit, cùm prudenter illius tã potentiã quã in ea loca jus perpendisset.

(11) Postrema quæ cognita fuerant Regni utriusq; confinia, ab æstuario Occidentali sive * *Solway-Frith*, per Cheviotas colles ad Tuedam Flumen prope *Barwicum* in Oriente porriguntur: ad quæ tuenda, multæ utrinq; Leges latæ sunt, nec pauciores incursiones, latrocinia et internecina odia extitêre. Quæ omnia divinâ hodie providentiâ, legitimáq; Regis IACOBI supremi Domini nostri successione, tolluntur: qui istius amplæ ac spaciosæ Insulæ interjectum Sepimentum disjecit, & duorum Regnorum collimitium, ipsum magni Imperij sui jam uniti quasi centrum & meditullium effecit.

Beda Histor. Angliæ lib. 1. cap. 29.

Hangostald Lindisfarn. &c.

An. D. 765.

* *Fortha.*

Chron. Winton. Hollinshed. descrip. Brit. p. 121.

In Boreali Eboracensis Agri regione.

* Occidentalium Saxonum.

* Itunæ ostio, sive sinu.

Polyd. Hist. Ang. Lib. 1.

Dauides iste Avunculus fuit *Arthuri*: & *Xanti* Principis filius è *Maleatia* sacra sive velata virgine susceptus.

BRITISH MUSEUM 11 MY 1910

CANTIVM.

CAP. IIII.

CANTIVM, prima quæ nobis sese offert, in Australi hujus Regni parte Provincia, ad Septentrionem *Tamisi* nobilissimo flumine, ad Ortum *Germanico Oceano* alluitur: ad Meridiem *Sussexia* & *Freto Britannico*, ad Occasum *Sussexia* & *Surbreia* terminatur. Longitudo ipsius à *Langley* in Occidente, ad *Ramsgate* in *Taneto* Insula, Orientem versus, Anglica plus minùs quinquaginta tria milliaria: Latitudo autem à *Rothero* [fluvio] in tractu Meridionali, ad Insulam *Graenam*, Boream versus, non multùm supra viginti sex: Totius deniq; ambitus, quasi centum sexaginta colligit.

Lamb. Peramb. Longitudo *Cantij*.

Latitudo.

(2) Formâ, ferrum mallei, vel cestræ sive Amazoniæ securis quodammodò refert, & in mare anguli modo procurrit. *Straboni*, *Cæsari*, *Diodoro*, & *Ptolemeo* CANTIVM denominatur, à *Cant* vel *Canton*, quod Anglicè *Angulum* significat: sive etiam à **Caine, Britannica* voce, quæ rubos, dumos aut sylvas denotat, quibus ager ille superiori seculo abundè refertus erat.

Forma.

Nomen. Conjectura *Guil. Lambardi*. * Alijs *Caine*.

(3) Aër, licèt non admodùm purus & perspicuus ob vapores à mari & fluvijs, ipsam undequaq; irrigantibus elevatos, salubris tamen & temperatus est; quòd ipsa regio Æquatori proxima, & à Septentrionali Polo remotissima sit, nec frigore ut cæteræ partes Insulæ, feriatur.

Situs *Cantij*.

(4) Solum, quà Solem Orientem spectat inæquale, in colliculos assurgit: ad Occidentem, æqualius, idemq; sylvosum: omni ex parte ferax, ubertate nulli totius Regni parti cedit, imò nonnullis in rebus longè superat: *scilicet*, Pannis laneis (quos Latiores vocant,) pomis, alijsq; fructibus & pascuis. Metallorum tantùm præterquàm Ferri indigum. Omnia præterea prodigo satis animo, & munifica manu suppeditantur.

Solum.

(5) Plures in CANTIO Fluvij sustinendis navigijs idonei: quorum MEDVVEAGVS, qui mediam intersecat Provinciam, principem locum tenet: cujus sinus tutum navale exhibet classi Regiæ instructissimæ, Insulæ totius, ut ita dicam, Muro, Marisque Terrori: præter decem alios insignes & conspicuos, qui in viginti ostia portusque, tàm inferendis intra hoc Regnum quàm excipiendis Navibus opportunos exeunt. Ex quibus quatuor, *Dubris* alias *Dover*, *Sandwicus*, *Rumneia*, & *Winchelseia*, loca & opere satis munita, & privilegijs immunitatibusque suis ornata, inter * *Quinque Portus* numerantur. *Dubris* autem suo cum Castello, *Matthæo Parisiensi* Monacho clavis & repagulum totius Regni vocatur. Porrò *Iohannis Rosse* & *Ledgata*, à *Iulio Cæsare* conditum fuisse hoc Oppidum dicitur, fatale solùm Regis *Stephani* morte, & Deditione sive Resignatione à *Iohanne* Rege factâ, quæ ibidem contigerunt.

Quinq; Portus. *Cinque Ports. Perambul. *Cantij*. fol. 148.

VFFOLCIA, *Saxonibus* dicta suð-folc, *i. Populus Australis*, ratione illorum qui in *Norfolcia* consederunt, regio est cùm uberrima, tùm ad incolendum peramœna. A *Norfolcia*, fluvijs *Ousa*, sive *Vsa* minore, & *Waveneia* disterminatur: quorum fontes in medio ferè ipsius Limbi propiùs sibi invicem positi conveniunt: quorum alter in Orientem, alter Occidentem versus fertur. Atque huic quidem toti ab Occasu lateri *Cantabrigienses* incumbunt: ad Austrum *Sturus* fluvius ab *Essexia* dividit: ad Ortum *Oceano Germanico* tota alluitur.

(2) Cœlum salubre, jucundum & delectabile: idemque in nonnullis hujus provinciæ partibus, quibusdam nostrorum summi nominis Medicorum habetur præstantissimum. Solum dives & ferax, rebusque omnibus satis refertum: ut semel dicam, nihil hîc ad voluptatem simul & commodum desit.

(3) Formâ Lunam quodammodò increscentem refert, cùm angustior Septentriones versus procurrat, ad Austrum verò quà vergit, latiùs diffundatur: cujus latissima pars viginti plus minùs mill. pass. non excedit. Ab Ortu verò ad Occasum longiùs multò extenditur: quippe cùm ab *Easton Nesse* promontorio hujus provinciæ atque adeò totius *Britanniæ* extremo, & longissimè in Oceanum excurrente, ad *Ousam* fluvium sive *Vsam* maximú, qui Occidentale illius latus definit, milliaria quadraginta quinq; numerentur: ita ut in circuitu quasi centú & quadraginta colligat.

(4) Hanc Insulæ partem antiquitùs ICENI tenuerunt, qui ut ex verbis ipsius *Taciti* apparet, ad *Romanorũ* amicitiam volentes accesserunt: *Gens* (ut inquit ille) *valida, & ad Claudij Cæsaris tempora prælijs non concussa*: tunc verò ab *Ostorio*; non tamen sine clade *Romanorum* magnâ, devicta. Ac in pugna quadam contra *Icenos* commissâ, *M. Ostorius* Legati filius, servati Civis decus meruit. Adeò propensi fuerunt *Romani* Scriptores, & suis deferre, & sibijpsis ornamenta vicissim assumere; *Britannorum* verò res gestas longè majores vel exiliter transire, vel omninò supprimere. Hoc tamen diutiùs hijs in regionibus tactitare non poterant: Cùm enim injurias sibi illatas *Iceni* jam ferendo non essent; ipsis, avitis suis possessionibus per *Romanos* milites exutis, Principibus inter mancipia habitis, & Regina summâ cum ignominiâ verberibus affecta, *Boadiciæ* ductu ipsi tandem hæc maleficia ulti sunt, uti susiùs in subsequenti historiâ, Christo auxiliante, referetur. Ab *Icenis, Saxones* primi hoc in agro constiterunt; qui adjectis ei *Norfolciæ* & *Cantabrigiæ* Provincijs, cum *Elienſi* Insula, *Orientalium Saxonum* hoc esse regnum voluerunt: quanquam illius Reges nunc *Mercianorum* nunc *Cantianorum* Regum beneficarij fuisse videntur. Quorum soboles cùm in *Edmundo* & Sancto & Martyre defecisset: postquam *Dani* regionem pervasissent, atque omni calamitatis genere vexâssent, Rex *Edwardus* senior suo *Occidentalium Saxonum* imperio tandem adjunxit. Quorum Monarchiâ ad suam etiam periodum & exitum sub Rege *Edwardo Confessore* perductâ, multi Nobiles *Normanni* latifundia & possessiones sibi in hoc agro acquisiverunt: quorum progenies per hunc Comitatum in numerosam ad hodiernum usque diem sobolem excrevit.

(5) Commoda quæ ex hac provincia proveniunt, plura sunt & præclara: quorum præcipua, è frugum copia, pecore, lanificio, pascuis, sylvis, marinis tam avibus quàm piscibus colliguntur: atque ut *Abbo Floriacensis* eam graphicè hijs verbis depinxit: *Regio est saturata sua viriditate admodum spectabilis; pomariorum, hortorum, numerumque amœnitate lætissima.* Hæc ille sexcentis ab hinc annis. Quæ hodie vera esse, re ipsa comperimus. Huc accedit etiam suus de mulctra quæstus: unde caseï qui hîc conficiuntur, non solùm in omnes *Angliæ* partes, sed etiam in *Germaniam, Galliam* & *Hispaniam* distrahuntur: *Pantaleoni* Medico & colore & sapore summè laudati.

(6) Iam verò *Ipswicus*, unum è duobus hujus Comitatus lumen, & quasi ocellus, oppidum, si cognomine suo adeò fortunatum esset, ut mercimonijs atque ædificijs fœlix est, titulo Civitatis meritò insigniri potuerit, neque inter ultimas censeri: utpote quæ commercij frequentia, circuitus amplitudine, sedisque opportunitate pleraque hujus regni oppida æquiparet. Hoc oppidum mœnijs olim cinctum fuisse videtur; uti ex vallo & aggere, per totum illius ad Septentrionem & Orientem tractum, aditusque & ingressus loca, suis quondam portis instructa, colligere licet: quæ proculdubio à *Danis*, Anno Christi Servatoris nostri 991. eversa sunt: quo tempore omnem maritimam regionem deprædati sunt: atque iterum anno millesimo, dum plateis ad solitudinem redactis, ædibusque cumulatim congestis omnia confunderent. Nihilominùs posteà & spiritu & specie splendoreque receptis, perpetua ædificiorum series à *Stoke-Ecclesia* in Australi latere, ad *Divæ Margaretæ* Ædem in Septentrionali, hodie mille & nongentos passus: ac à *S. Helenæ* Ecclesia, quæ Orientem Solem spectat, ad *Divi Matthæi* Ædem, quæ Occidentem, bis mille, centum & viginti passus colligit. Oppidum sanè plateis admodum frequens, isdemque habitatorum multitudine refertum: Templis duodecim parœcialibus ornatum: ut prætermittam alia quæ jam eversa sunt, videlicet, *Christi, S. Georgij*, & *Iacobi* Ecclesias, Ædesque ad Cœnobia *Fraterculorum, Albatorum, Atratorum*, et *Cæsatorum* pertinentia. Positio geographica hujus urbeculæ distat ab Æquatore 52. grad. et 25. minut. et ad *Mercatoris* rationem, ab ultimo Occidente grad. 22. et minut. 9. Reipublicæ administratio penes est *Ballivos* duos, et *Burgenses* (vulgò * *Port-mannos*) decem, coccineis vestibus omnes amictos: unà cum viginti quatuor è Communi (ut dicitur) Concilio, purpuratis: adhibitis sibi *Recordatore, Clerico Communi, Servientibus* etiam ad clavam quinque, (quorum unus Admirallitati inservit) *Bedello*, et publico *Præcone* adhibitis: qui omnes cæruleis induti vestibus, insignia ipsius oppidi in manicis gestant.

Magistratus.
* Sive *Portuenses.*

Alter hujus provinciæ ocellus, *Saxonibus* dicebatur Bedericsworð, quam *Abbo* villam regiam vocavit: ubi elucescente in hoc tractu *Saxonum* conversione, *Sigebertus Orientalium Anglorum* Rex, ædem sacram Christianis posuit. Exinde verò, à sepultura Regis *Edmundi* (qui ad *Hoxon* sagittis transfixus occubuit) oppidum hoc *Edmundi Burgus*, vulgò *S. Edmundsbury* appellatum est: ubi in ejus honorem, unum è pulcherrimis totius orbis terrarum Monasterijs extructum fuit: inchoatum quidem à Rege *Canuto*, (oblato sibi spectro illius martyris animæ) perterrito: qui ut patris *Sueni* sacrilegam impietatem expiaret, locum multis opibus donisque ditavit, et coronam suam sancti illius Martyris tumulo obtulit. De pulchritudine atque ædificijs tam istius Abbatiæ, quàm Oppidi, loquatur suis verbis pro me *Lelandus*. *Sol* (inquit) *non vidit Vrbem situ elegantiorem, sic molli delicata pendet in clivo, & rivulus ad Orientem defluit; aut cœnobium illustrius, sive quis dotationes seu amplitudinem & magnificentiam incomparabilem æquis rationibus expendat. Diceres planè Cœnobium Vrbem esse: tot portæ, partim etiam æneæ; tot Turres, & Templum quo nullum magnificentius: cui alia tria egregio operis nitentia, uno & eodem cœmiterio sita subserviunt.* Hujus monasterij ruinæ in sordibus et pulvere humi jacentes, suum occasum lugent, et spectatores ut earum vicem et doleant et misereantur, permovent. Non longè ab hoc oppido, *Robertus* * *Bossu* Comes *Leicestrensis*, infestis signis contra supremum suum Dominum Regem *Henricum* Secundum acriter dimicavit: sed à *Richardo Lucy*, summo Regis Iusticiario fusus fugatusque, ipse unà cum uxore captus est, multisque tam *Flandri* quàm *Angli* cecidere.

S. Edmundi Burgus.

Iohannes Textor.
Ann. 1173.
* Sive *Gibbosus.*

(7) Memoranda alia imprimis loca, hæc prouincia exhibet: cujusmodi sunt in Occidentali tractu *Exninga*, superiori ævo insignis natalibus *S. Etheldredæ* Regis *Annæ* filiæ: cujus nomen uni de tribus hujus Comitatus partibus inditum. In Orientali, *Rendlisham*, ubi *Redwaldus*, primus *Orientalium Saxonum* Rex Christianus, Aulam suam habuit: ad Austrum *Hadleia*, ubi *Guthrumus* sive *Gormo Danus*, ab *Elfredo* Rege adactus ut Christo nomen daret, et baptismum susciperet, sepultus est. Et quæ majoris admirationis notam præferunt, limes *Orientalium Anglorum* Imperij, longè per Ericetum *Novi-Mercatus*, Anglicè *New market Heath* procurrens, qui vulgò * *The Devils dike* dicitur. Consimilis fabella, speciosè à *Newbrigensi* narratur, de *Wulpetto*, in ipso agri hujus meditullio: nimirum, duos pusiones colore viridi ex *Satyrorum* genere (credat qui velit) ab *Antipodibus* è terra emersisse, &c. *Radulphus* etiam de *Cogeshall* in Monumentis *Colcestriæ* prodidit; Piscem, qui speciem humanam omnibus membris prætendebat, propè *Oreford* captum fuisse: eumque semestri spatio in Castello custoditum, inde clam ad mare ausugisse, nec usquam comparuisse. Nec minore miraculo, sed certissima fide, inter hoc ipsum *Oreford* & *Aldburgum*, Anno Dom. 1555. sine ulla vel cultura vel sementi, magnam pisorum segetem inter saxa & rupes enatam fuisse. Cùm enim ex cœli injuria, summa difficultate annonæ omnis *Anglia* laboraret, hujus leguminis *Augusto* Mense plures quàm centum cori collecti sunt: alteramque non minorem messem pollicebantur flores qui superfuerant: ubi, inquam, nec gramen ullum, nec terra, nec quicquam aliud præter solidas durasque rupes, novem sub radicibus eorum pedes, conspici unquam poterat.

Exninga.

Hadleia.

* Diaboli fossa. *Nubrigensis.*

Seges messisque Pisorum.

(8) Loca, publicis ab usibus & negotijs semota, cultuique divino à religiosis Principibus separatim dicata, extitere olim; ad *S. Edmundi Burgum, Ipswici, Ikleworthæ*, ad *Elithborow, Claræ, Lesloni*, & *Burgo-Castri*; ubi *Sigebertus Orientalium Anglorum* Rex monasticum habitum induit: inde verò à suis exire, & in aciem contra *Mercios* prodire coactus, in eo prælio cecidit. *Dunwici* etiam, ubi *Fælix* Episcopalem suam sedem posuit. Hæc cum pluribus alijs domicilia, per hunc agrum, in illo Monasteriorum excidio, suppressa fuerunt, quorum reditus in Regis *Henrici* octavi fiscum devoluti sunt.

Ædes religiosæ.

Anno 636.

(9) Dividitur politicè hæc provincia in tres partes, quarum una, *The Geldable*, quasi tributum pendens; altera, Libertas *S. Edmundi*; tertia, *S. Etheldredæ* itidem Libertas dicitur. Subdividitur porrò in Centurias viginti duas; eæque rursum in quingentas septuaginta quinque parœciales Ecclesias. Ac in illis numerantur Castella quidem septem, mercatoria verò oppida viginti octo. Quorum omnium nomina subsequenti Tabella annexa invenies.

Divisio Comitatus.

DIEV ET MON DROIT

The DVKES, and EARLES of CLARE created since the Normans conquest.

Gilbert de Clare Earle of Clare.

Lionell Sonn to KE 3 Duke of Clarence

Thomas Lancaster Duke of Clarence

George Brother to KE 4 Duke of Clarence

PART

IPSWICHE

A	Christs church	G	S. Laurence	N	S. Mary Key
B	S. Georgs chap.	H	S. Stephens	P	Stoke church
C	S. Margarets	I	S. Helens	Q	Stoke Bridge
D	S. Mathews	K	S. Clements	R	Stoke mill
E	S. Mary Towre	L	S. Nicolas	S	The Key
F	S. Mary Elms	M	S. Peters.	T	Graye Friers

The Salt Water

Orwell flu.

NORFOLKE

Wilton
Hockold
Wetinge
Little Ouse Flu.
Downham
Brandon
Wangford
Thetforde
Russhforth
Ridlesworth
Gasthorge
Blownorton
Sakenheathe
Elden
LACKFORD HVN
Eastón
Knattesshall
Conyngeston
Heyton
Thelnetham
Weston
Hinderclay
Fakenham mag
Fakenham pua
BLACK BORNE HVN
Hynnyton
Rickingale parua
Rickingale magna
Watteffeilde
Walsham in the willowes
Beringham
Sapston
Hegworth
Stanton
Berdwell
Langham
Hunston
Mildnall
Eseswell
Berrtham
Wordwell
Leucermere pua
Leucermere mag
Culfforth
Ingham
Troston
Ixworthe thorpe
Ikesworthe
Fornham genefese
Tymworth
Pakenham
Stowlangtoft
Badwellashe
Norton
Ashfelde
Wetherden
Newton
Dagworth
Harleston
Shellana
Onehuse
Orwell flu
Icklingham
Worlington
Fordham
Frecknham
Berton
Tiddenham
Herringeswell
Lackford
Flempton
Hengraue
Ampton
Badlingham
Kennet
Cunecham
Richye
Fornhm omnium Sanctorum
THEDWARDSTRE
Fornham Sthertin
Berton
HVN
Thurston
Rougham
Tostock
Elmeswell
Wilpet
Drenkeston
Ratlesden
Hesset
Onehuse
Orwell flu
Combes
Finboro magna
Finboro pua
Buxhall
Felsham
Burnebradfeld
Gedding
Waldingfeld mag
Waldingfeld pua
Groton
Edwardston
Boxford
Shelley
Polsted
Stoke
Neyland
Wyston
Bocted
Langha
Horsley
Warningford
Buers hamlet
Buers
Lammerfh
Midleton
Henny
Brunden
Bullington
Sudburye
Cornerd pua
Cornerd mag
Smalebridge
Aſmington
Boreley
Poules beltham
Pentlowe
Lyſton
Fyſherie
Ouinaton
Ashden
Burbrok
Stewrmere
Shelcampes
Castle campes
Stoke
Wickſoo
Clare
HVN
Kediſton
Poſlingford
Honedon
Wratting pua
Wratting
Tallow wratting
Withersfeilde
Hauerill
Horſheath
Wickham
Bernardſton
Stanfelde
Hartyſte
Somerton
Boxted
Glemysforde
Candiſhe
Melford
Stanſted
BABER
HVN
Acton
Waldingfeilde pua
Chilton
Newton
Laneham
Shimplinge
Alpheton
Burntevlie
Munkesilvy
Preſton
Bilſton ſtrete
Bilſton
HV
COS FORD
Kettlebaſton
Hitcham
Thorpe
Cock feld
Bretenham
Wattesham
Lawſhill
Brokley
Chedber
Rede
Whepſted
Haukden
Denſton
Wyckham brooke
Cowildge
Cathdge
Lidgate
Ouesden
Dalham
Denham
Hagarave
Hauſted
Cheuington
Barcowe
Herningberthe
Ikeſworth
Newton
Burye
Saxham pua
Saxham magna
Gaueſley
Moulton
Newmerket
Aſhley
Cheuley
Exnage
Kenford
Ruſhbrok
Beighton
Wheltbm pua
Muſkebradfeld
Weltham magna
S. Cleres bradfeld
Gedding
Burnebradfeld
Feſtham
Buxhall
Finboro magna
Finboro pua
Combes
Shellana
Harleſton
Dagworth
Newton
Elmeſwell
Rougham
Tostock
Thurſton
Norton
Ashfelde
Wetherden
Hauley
Wilpet
Drenkeſton
Hesset
Ratlesden
Onehuſe
Orwell flu
Stoke
Carleton
Weſton
Bradley maz
Thirlow pua
Thirlow mag
Bradley pua
Stradiſhill
Bernardſton
Stanfelde
Honedon
Wratting pua
RISBRYGE
Poſlingford
Kediſton
Wickham
Horſheath
Withersfeilde
Hauerill
Tallow wratting
HVN
Clare
Wickſoo
Stoke
Stewrmere
Burbrok
Ouinaton
Ashden
Pentlowe
Lyſton
Fyſherie
Boreley
Poules beltham
Bullington
Brunden
Midleton
Henny
Lammerfh
Buers hamlet
Buers
Cornerd pua
Cornerd mag
Smalebridge
Aſmington
Sudburye
Waldingfeilde pua
Waldingfeild mag
Newton
Edwardſton
Boxford
Shelley
Polsted
Stoke
Neyland
Wyſton
Bocted
Warningford
Horſley
Groton
Layham
Hadley
Carſey
Lynſey
Chelſworth
Semere
Elmſet
Naughton
Nedging
Whatfield
Briſet mag
Somerſ
Baſſer
Ringſ
Oſ
Holton
Hy
S
H
Hauerill
Withersfeilde
Wratting pua
Wratting
Tallow wratting
Honedon
Poſlingford
Kediſton
Wickham
Horſheath
Wickham
Bernardſton
Stanfelde
Hartyſte
Somerton
Boxted
Glemysforde
Candiſhe
Melford
Stanſted
BABER
HVN
Acton
Waldingfeilde pua
Waldingfeild mag
Groton
Edwardſton
Layham
Hadley
Carſey
Lynſey
Chelſworth
Semere
Elmſet
Naughton
Nedging
Whatfield
Briſet mag
Somerſ
Baſſer
Ringſ
Oſ
Holton
Hy
S
H
Laneham
Shimplinge
Alpheton
Burntevlie
Munkesilvy
Preſton
Bilſton ſtrete
Bilſton
HV
COS FORD
Kettlebaſton
Hitcham
Thorpe
Cock feld
Bretenham
Wattesham
Lawſhill
Brokley
Chedber
Rede
Whepſted
Haukden
Denſton
Wyckham brooke
Cowildge
Cathdge
Lidgate
Ouesden
Dalham
Denham
Hagarave
Haſted
Cheuington
Barcowe
Herningberthe
Ikeſworth
Newton
Burye
Saxham pua
Saxham magna
Gaueſley
Moulton
Newmerket
Aſhley
Cheuley
Exnage
Kenford
Ruſhbrok
Beighton
Wheltbm pua
Muſkebradfeld
Weltham magna
S. Cleres bradfeld
Gedding
Burnebradfeld
Feſtham
Buxhall
Finboro magna
Finboro pua
Combes
Shellana
Harleſton
Dagworth
Newton
Elmeſwell
Rougham
Tostock
Thurſton
Norton
Ashfelde
Wetherden
Hauley
Wilpet
Drenkeſton
Hesset
Ratlesden
Onehuſe
Orwell flu
Stoke
Carleton
Weſton
Bradley maz
Thirlow pua
Thirlow mag
Bradley pua
Stradiſhill
Bernardſton
Stanfelde
Honedon
Wratting pua
RISBRYGE
Poſlingford
Kediſton
Wickham
Horſheath
Withersfeilde
Hauerill
Tallow wratting
HVN
Clare
Wickſoo
Stoke
Stewrmere
Burbrok
Ouinaton
Ashden
Pentlowe
Lyſton
Fyſherie
Boreley
Poules beltham
Bullington
Brunden
Midleton
Henny
Lammerfh
Buers hamlet
Buers
Cornerd pua
Cornerd mag
Smalebridge
Aſmington
Sudburye
Waldingfeilde pua
Waldingfeild mag
Newton
Edwardſton
Boxford
Shelley
Polsted
Stoke
Neyland
Wyſton
Bocted
Warningford
Horſley
Groton
Layham
Hadley
Carſey
Lynſey
Chelſworth
Semere
Elmſet
Naughton
Nedging
Whatfield
Briſet mag
Somerſ
Baſſer
Ringſ
Oſ
Holton
Hy
S
H

PART OF

CAM:

BRIDGE

SHIRE

PART OF

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

THE SCALE OF ENGLIS MILES

Cum Priuilegio Anno 16

SUFFOLKE described and divided into Hundreds, The situation of the fayre towne IPSWICH shewed, with the ARMES of the most noble families that have bene either Dukes, or Earles both of that Countie as also of Clare

OF

THE DUKES and EARLES of SUFFOLK Created since the Normās conquest

Robert Vfford. Erle of Suffolk.

William de la poole Duke of Suffolk.

Charles brandon duke of Suffolk.

Henry Grey duke of Suffolk.

Thomas Howard Earle of Suffolke

A SCALE OF PASES

V	Black Friers	4	Barre Gate
W	Christ Hospital	5	Old Bar gate
X	Gramer Schole	6	Fisshe market
Y	Poores howses	7	Kings Street
Z	Haugford mill	8	Corne hill
a	Bull Gate	9	Broke Street

BOADICIA

Performed by John Speede and are to be solde in Popes-head alley against the Exchang by George Huble

Anno 1610.

ESSEX

HVNDREDI in *Suffolcia.*

1. LAckford.
2. Thingoe.
3. Risbridge.
4. Baberghe.
5. Thedwastrie.
6. Blackborne.
7. Stowe.
8. Cosforde.
9. Bosmere.
10. Sampford.
11. Colneis.
12. Carleforde.
13. Thredlinge.
14. Harteſmere.
15. Hoxone.
16. Looes.
17. Wilforde.
18. Plumeſgate.
19. Blithing.
20. Wangford.
21. Mutford.
22. Lothingland.

A

Acton, *Babergh.*
Akenham, *Bosmer.*
ALDEBVRGHE, *Plum.*
Aldham, *Cosford.*
Alderton, *Wilford.*
Aldringham, *Blith.*
Allington, *Hoxon.*
Alpheton, *Babergh.*
Ampton, *Thed.*
S. Andrewes, *Wang.*
All Saints, *Wang.*
Arwerton, *Sam.*
Asbye, *Lothing.*
Ashe, *Looes.*
Ashe Bocking, *Bosmer.*
Asheſeild, *Thred.*
Asheſeild, *Black.*
Aspall, *Harteſ.*
Assington, *Baberg.*
Aye, *Harteſ.*

B

Backton, *Harteſ.*
Badley, *Bosmer.*
Baddingham, *Hoxon.*
Badwell, *Black.*
Barton alias, *Thed.*
Beighton,
Bardwell, *Black.*
Bargham, *Black.*
Barham, *Bosmer.*
Barkinges, *Bosmer.*
Barnbye, *Mut.*
Barningham, *Black.*
Barrowe, *Thingoe.*
Barsham, *Wang.*
Barton, *Thed.*
Barton little, *Lack.*
Batisford, *Bosmer.*
Baudsye, *Wilford.*
Bawdsey hauen, *Coln.*
Baylcham, *Bosmer.*
Bealings great, *Carlef.*
Bealings little, *Carlef.*
BECKLES, *Wang.*
Bedfeild, *Hoxon.*
Bedingfeild, *Hoxon.*
Bellstead, *Samp.*
Belton, *Lothing.*
Beneker, *Blith.*
Benhall, *Plum.*
Bentley *Samp.*
Bernerdiston, *Risbridge.*
Bildeston, *Cosfor.*
Bildeston ſtrete, *Cosfor.*
Blakenham great, *Bosmer.*
Blakenham little, *Bosmer.*
Blaxhall, *Plum.*
BLIGHBORVGHE, *Blith.*
Blithford, *Blith.*
Blith Flu.
Blundeston, *Lothing.*
BONGEY, *Wang.*
Bouldge, *Wilf.*
BOTYSDALE, *Harteſ.*
Boxford, *Baberg.*
Boxted, *Baberg.*
Boyton, *Wilf.*
Boyscott, *Wang.*
Bradfeild Combuſham, *Thed.*
Bradſeild Monkes, *Thed.*
Bradfeild S. George, *Thed.*
Bradfeild S. Cleere, *Thed.*
Bradley great, *Rub.*
Bradley little, *Rub.*
Bradwell, *Loth.*
Bramford, *Bosmer.*
Brampfeild, *Blith.*
Brampton, *Blth.*
Brandeston, *Looes.*
BRANDON FERRIE, *Lack.*
Brantham, *Samp.*
Brasiard, *Plum.*
Bredfeild, *Wilf.*
Brent Ely, *Baberg.*
Breſworth, *Harteſ.*
Breton Flu.
Brettenham, *Cosford.*
Brightwell, *Carlef.*
Brocklie, *Thingo.*
Brockford, *Harteſ.*
Brome, *Harteſ.*
Bromſwall, *Wilf.*
Brundiſhe, *Hoxon.*
Bryſett, *Bosmer.*
Buckletham, *Coln.*
Bures, *Baberg.*
Burgate, *Harteſ.*
Burghe, *Carlef.*
Burgh Caſtle, *Lothing.*
Burſtall, *Samp.*
Burſtall, *Bosmer.*
BVRYE, *Thingo.*
Butlie Looes, *Looes.*
Buxall, *Stowe.*

C

Catwade bridge, *Samp.*
Capell, *Wilf.*
Capell, *Samp.*
Carleton coluile, *Mut.*
Carlton, *Hoxon.*
Carſey, *Cosford.*
Cauendiſhe, *Baberg.*
Cauenham, *Lack.*
Clare Flu.
CLARE, *Rubr.*
Claydon, *Bosmer.*
Clopton, *Carlef.*
Chatiſham, *Samp.*
Charfeild, *Looes.*
Chedburghe, *Rubr.*
Chelmondſton, alias Chempton, *Samp.*
Chelſworth, *Cosford.*
Cheſton, *Blth.*
Cheuingcon, *Thingo.*
Chillesford, *Plum.*
Chilton, *Rubr.*
Chiuley, *Rubr.*
Cleydon, *Bosm.*
Clopton, *Carlef.*
Cobdocke, *Samp.*
Cockfeild, *Baberg.*
Coddenham, *Bosmer.*
Combes, *Stow.*
Coniwesston, *Black.*
Cookelye, *Blth.*
Cornerd great, *Baberg.*
Cornerd little, *Baberg.*
Cotton, *Lothing.*
Cotton, *Harteſ.*
Coue hith, *Blith.*
Coue North, *Wang.*
Coue South, *Blith.*
Cowling, *Rubr.*
Cranesford, *Plum.*
Cratfeld, *Blith.*
Creating West, *Stow.*
Creating S. Mary, *Bosmer.*
Creating S. Oliue, *Bosmer.*
Creating all Saints, *Bosmer.*
Cretingham, *Looes.*
Crofeild, *Bosmer.*
S. Croſſe, *Wang.*
Culſurth, *Black.*
Culphot, *Carlef.*

D

Dagworth, *Stow.*
Dalham, *Rubr.*
Dalinghoo Looes, *Looes.*
Dalingoo, *Wilf.*
Darsham, *Blith.*
Debedge, *Wilf.*
DEBENHAM, *Thred.*
Demerdiſton, *Rubr.*
Denham, *Rubr.*
Denham, *Hoxon.*
Denington, *Hoxon.*
Depden, *Rubr.*
Dermitden, *Bosm.*
DONWICHE, *Blith.*
Downham, *Lack.*
Dunnyngworth, *Plum.*
Dunſtall, *Rubr.*
Drinckſton, *Thed.*

E

Earleſtonham, *Bosm.*
Earleſham, *Looes.*
Earſwell, *Lack.*
Eaſton Gosbek, *Bosm.*
Eaſton, *Looes.*
Eaſten bauen, *Blith.*
Edwardſton, *Baberg.*
Eiken, *Plum.*
Ellowe, *Wang.*
Elmeſwell, *Black.*
Elmeſeth, *Cosford.*
Elueden, *Lack.*
Ewſton, *Black.*
Erwarton, *Samp.*
Eſtbergholt, *Samp.*
Exninge, *Lack.*
Exte, *Harteſ.*
Eyke, *Looes.*

F

Fakenham great, *Black.*
Fakenham little, *Black.*
Falkenham, *Coln.*
Farneham, *Plum.*
Feltham, *Thed.*
Felixſtowe, *Coln.*
Flempton, *Thing.*
Flixton, *Wang.*
Flixton, *Lothing.*
Flonton, *Bosmer.*
Fordlye, *Blith.*
Fornham geneſeſe, *Thed.*
Fornham S. Martins, *Thed.*
Fornham all Saints, *Thing.*
Foxall, *Carlef.*
Framsden, *Thred.*
FRAMLINGHAM, *Looes.*
Frekenham, *Lack.*
Freſingfeild, *Hoxon.*
Freſton, *Samp.*
Friſton, *Plum.*
Fritton Flu.
Fritton, *Lothing.*
Froſtenden, *Blith.*
Fynbarrowe great, *Stowe.*
Fynbarrowe little, *Stowe.*
Fyningham, *Harteſ.*

G

Gaſelye, *Rubr.*
Gedding, *Thed.*
Giſleam, *Mut.*
Giſlingham, *Harteſ.*
Gipping, *Stowe.*
Glemham great, *Plum.*
Glemham little, *Plum.*
Glemsforde, *Baberg.*
Gorlſton, *Lothing.*
Grondesburghe, *Carlef.*
Growton, *Baberg.*
Gunton, *Lothing.*

H

Hacheſton, *Looes.*
HADLEIGH, *Cosford.*
Hankdon, *Rubr.*
HALLESWORTH, *Blith.*
Hardwicke, *Thingo.*
Hargraue, *Thingo.*
Harkeſteade, *Samp.*
Harleſton, *Stowe.*
Harteſhe, *Baberg.*
Hasketon, *Carlef.*
Haſlewoode, *Plum.*
HAVERILL, *Rubr.*
Haughley, *Stowe.*
Hawſted, *Thingo.*
Hedgeſſet, alias Heſſet, *Thed.*
Heigham greene, *Lack.*
Helmingham, *Bosmer.*
Hemingſton, *Bosmer.*
Hemley, *Coln.*
Hengraue, *Thingo.*
Henham, *Blith.*
Henley, *Bosmer.*
Henſted, *Blith.*
Hepworthe, *Black.*
Heringfleet, *Lothing.*
Heringſwell, *Lack.*
Heueyngham, *Blith.*
Higham, *Samp.*
Hinderelate, *Black.*
Hintleſham, *Samp.*
Hitcham, *Cosford.*
Holebrooke, *Samp.*
Holeſley, *Wilf.*
Holton, *Blth.*
Holton, *Samp.*
Homersfeild, *Wang.*
Hoo, *Looes.*
Hopton, *Black.*
Hopton, *Lothing.*
Horham, *Hoxon.*
Horningſherth great, *Thingo.*
Hoxone, *Hox.*
Huluerſtrer, *Wang.*
Hundon, *Rubr.*
Hunington, *Black.*
Hunſton, *Black.*
Hunungfeild, *Blith.*

I

S. Iames, *Wang.*
Icklingham, *Lack.*
Ickworthe, *Thing.*
Ingate, *Wang.*
Ingam, *Black.*
S. Iohns, *Wang.*
IPSWICHE, *Bosmer.*
Ixworthe, *Black.*
Ixworthorpe, *Blatk.*

K

Kedington, *Rubr.*
Kelſyſhall, *Hoxon.*
Kenford, *Lack.*
Kentford, *Risbr.*
Kenton, *Looes.*
Keſtingland, *Mut.*
Keſgraue, *Carlef.*
Kettleberſton, *Cosf.*
Kettleburghe, *Looes.*
Knadeſhall, *Blith.*
Knatleſhall, *Black.*
Kuſhmere, *Mut.*
Kyrkley, *Mut.*
Kyrton, *Coln.*

L

Lackford, *Thingo.*
Laigham, *Cosf*
Lakingheath, *Lack.*
Langerſton, *Coln.*
Langham, *Black.*
Lanthull, *Bab.*
LAVENHAM, *Bab.*
S. Laurence, *Wang.*
Laxfeild, *Hox.*
Layſton, *Blith.*
LAYSTOST, *Lothing.*
Leuington, *Coln.*
Letheringham, *Looes.*
Lidgate, *Rubr.*
Linſey, *Cosford.*
Linſted great, *Blith.*
Linſted little, *Blith.*
Liuemer great, *Thed.*
Liuemere little, *Black.*
Longham, *Thed.*
Lopham ford, *Black.*
Lownde, *Lothing.*
Luthinge Mere, *Mut.*

M

S. Margarets, *Wang.*
S. Margarets, *Wang.*
Marleſford, *Looes.*
Martleſham, *Car.*
Melles, *Harteſ.*
Mellford, *Bab.*
Mells, *Blith.*
Melton, *Wilf.*
Mendham, *Hoxon.*
MENDLESHAM, *Harteſ.*
Metfeild, *Hoxon.*
Mettingham, *Wang.*
S. Michaels, *Wang.*
Midleton, *Blth.*
Mikeſeild, *Bosmer.*
Milding, *Bab.*
MILDENHALL, *Lack.*
Miſmere hauen, *Blth.*
Monckes Ely, *Baberg.*
Monkeſoham, *Hoxon.*
Moulton, *Rubr.*
Mourden, *Looes.*
Mutford, *Mut.*
Mutford bridge, *Mut.*

N

Nacton, *Coln.*
Naughton, *Cosford.*
NEEDHAM, *Bosmer.*
Nedginge, *Cosford.*
Neiland, *Baberg.*
Nettleſtead, *Bosmer.*
Newborne, *Calef.*
NEWMARKET, *Lack.*
Newton, *Baberg.*
Newtowne, *Stow.*
Newton, *Stow.*
S. Nicholas, *Wang.*
Norton, *Black.*
Nothalls, *Blith.*
Nowghton, *Thing.*

O

Ockold, *Harteſ.*
Okeley, *Harteſ.*
S. Olaues, *Lothing.*
One-houſe, *Stow.*
Onſe Flu.
Or Flu.
ORFORD, *Plum.*
Orford hauen, *Wilf.*
Orwell Flu.
Oſton, *Bosmer.*
Otley, *Carlef.*
Oulton, *Lothing.*
Owſden, *Rubr.*

P

Pakefeild, *Mut.*
Pakenham, *Thed.*
Palgraue, *Harteſ.*
Parham, *Plum.*
Peſinghall, *Blith.*
S. Peters, *Wang.*
Peteſtre, *Wilf.*
Petranghe, *Thred.*
Playford, *Carlef.*
Phlemton, *Thing.*
Polſted, *Baberg.*
Poſlingford, *Rubr.*
Preſton, *Baberg.*

R

Ramſholte, *Wilf.*
Ratleſden, *Thed.*
Redgraue, *Harteſ.*
Redſham, *Wang.*
Redlingfeild, *Harteſ.*
Reede, *Thingo.*
Rendhams, *Plum.*
Rendleſham, *Looes.*
Rickinghall, *Harteſ.*
Rickinghall great, *Black.*
Rickinghall little, *Black.*
Ringfeild, *Wang.*
Risbie, *Thingo.*
Riſſangles, *Harteſ.*
Rombrughe, *Blith.*
Rougham, *Thed.*
Roydon, *Blith.*
Roydon, *Samp.*
Ruſhbroke, *Thed.*
Ruſhmere, *Carlef.*
Ruſhmere, *Mut.*
Ryngſhall, *Bosmer.*

S

Sapiſton, *Black.*
Saxham great, *Thing.*
Saxham little, *Thing.*
SAXMONDHAM, *Plum.*
Saxſtede, *Hoxon.*
Saylehome, *Hoxon.*
Seamer, *Cosford.*
Sekford, *Carl.*
Shaddingfeild, *Wang.*
Shanfeild *Wang.*
Shelley, *Samp.*
Shelfond, *Stow.*
Shepemedowe, *Wang.*
Shimpling, *Baberg.*
Shotley, *Samp.*
Shottesham, *Wilf.*
Sibton, *Blith.*
Smalebridge, *Baber.*
Siſewell, *Blith.*
Skithe, *Harteſ.*
Snapebridge, *Plum.*
Somerleto, *Lothing.*
Somerton, *Baberg.*
Somertham, *Bosmer.*
Sotherton, *Blith.*
Sotterley, *Wang.*
Southelman, *Wang.*
SOVTHOVLD, *Blith.*
Southolt, *Hoxon.*
Southtowne, *Lothing.*
Spexhall, *Blth.*
Sprowton, *Samp.*
Staningfeild, *Thed.*
Stansfeild, *Rubr.*
Stanſted, *Baber.*
Stanton, *Black.*
Stenfeild, *Plum.*
Stoake, Aſhe, *Harteſ.*
Stoke, *Rubr.*
Stoke, *Samp.*
Stoke, *Baberg.*
Stonham aſpoll, *Bosmer.*
Stonham little, *Bosmer.*
Stouen, *Blth.*
STOWE, *Stow.*
Stow langtoft, *Black.*
Stowe vplane, *Stow.*
Stowe weſt, *Black.*
Stradbrooke, *Hoxon.*
Stradſhall, *Rubr.*
Stratford, *Plum.*
Stretford, *Sam.*
Sturſton *Harteſ.*
Stutton, *Samp.*
Sudborne, *Plum.*
SVDBVRIE, *Baberg.*
Sutton, *Wilf.*
Swefling, *Plum.*
Swillond, *Bosmer.*

T

Tadingſton, *Samp.*
Tattington, *Hoxon.*
Thebarton, *Blith.*
Thelnetham, *Black.*
Thorndon, *Harteſ.*
Thornham great, *Harteſ.*
Thornham little, *Harteſ.*
Thorpe, *Baber.*
Thorpe, *Blith.*
Thorpe, *Thred.*
Thorpe Moridux, *Cosford.*
Thrandeſton, *Harteſ.*
Thurlowe great, *Rubr.*
Thurlowe little, *Rubr.*
Thurrington, *Blith.*
Thurſton, *Thed.*
Thwayte, *Harteſ.*
Toſtocke, *Thed.*
Trimlye S. Martine, *Coln.*
Trimlye S. Mary, *Coln.*
Troſton, *Black.*
Tuddenham, *Lack.*
Tuddenham, *Carlef.*
Tunſtall, *Plum.*
Tymworthe, *Thed.*

V

Vbbeſton, *Blith.*
Vfforde, *Wilf.*
Vggſhall, *Blith.*

W

Walberſwicke, *Blith.*
Waldingfeild great, *Baberg.*
Waldingfeild little, *Baberg.*
Waldringfeld, *Carl.*
Walpoole, *Blith.*
Waſhebrooke, *Samp.*
Walſham in the Willowes, *Black.*
Walton, *Coln.*
Wangford, *Blith.*
Wangford, *Lack.*
Wanteſden, *Plum.*
Watleſfeild, *Black.*
Wattiſham, *Cosf.*
Wenham great, *Samp.*
Wenham little, *Samp.*
Wenhaſton, *Blith.*
Weſterfeild, *Bosmer.*
Weſthall, *Blith.*
Weſtleton, *Blith.*
Weſthorpe, *Harteſ.*
Weſtlye, *Thingo.*
Weſton, *Black.*
Weſton, *Wang.*
Wetherden, *Stow.*
Wetheringſett, *Harteſ.*
Weybread, *Hoxon.*
Whatfeild, *Cosford.*
Wheltham great, *Thed.*
Whelnetham little, *Thed.*
Whepſtead, *Thingo.*
Wherſtead, *Samp.*
Whitton, *Bosmer.*
Whixoe, *Rubr.*
Wickham, *Wilf.*
Wickham brooke, *Rubr.*
Wickham Skeyth, *Harteſ.*
Wilbye, *Hoxon.*
Willingham, *Wang.*
Williſham, *Bosmer.*
Wingfeild, *Hoxon.*
Winſton, *Thred.*
Wiſton, *Baberg.*
Wiſſet, blith.
Witheſdale, *Hoxon.*
Witherfeild, *Rubr.*
Wiuerſton, *Black.*
Wittenſham, *Carlef.*
Woluerſton, *Samp.*
WOOLDBRIDGE, *Looes.*
WOOLPITT, *Thed.*
Wordwell, *Black.*
Worlingham, *Wang.*
Worlingworth, *Hoxon.*
Worlington, *Lack.*
Wortham, *Harteſ.*
Wratting great, *Rubr.*
Wratting little, *Rubr.*
Wratting tallow, *Rubr.*
Wrentham, *Blith.*
Wynerſton, *Harteſ.*

Y

Yaxley, *Harteſ.*
Yoxford, *Blith.*

BRITISH 11 MY 1918 MUSEUM

NORFOLCIA.

CAP. XVIII.

Nomen.

Dimensio.

Nominis ratio.

Aër.

Tellus.

Ad *Ranworth.*

* Familias voco singulas ejusdem gentis prosapias.

Aethelward. 833. Huntingd. Lib. 2.

* Vel *Albaneio.*

Norwicus. Lenna. Yarmutha. Thetfordia.

Becan. Goroy.

Hovenden. 429.

NORFOLCIA, Insula est quasi, Ovali formâ, ad Austrum *Waveneso* & *Ousa*, sive *Vsa* minore, fluvijs includitur, qui eam à *Suffolcia* secludunt. Ad Eurum & Septentrionem *Germanico Oceano*: A Zephyro, quâ *Cantabrigienses* spectat, quibusdam *Ousa* majoris ramis; quâ *Lincolniensi*, ea parte *Asfona* fluvij quæ à *Wisbicho* fertur in Æstuarium, (vulgò *the Washes*) continetur.

Longitudo ipsius à *Garichia* ostio, sive *Yarmouthia*, *Wisbichum* usque, quinquaginta plus minùs milliaria continet. Latitudo à *Thetford* ad *Welles*, quasi triginta. Totius circuitus bis centum quadraginta duo colligit.

Nomen à populi situ assumpsit: cùm enim ex *Orientalium Anglorum* Regni Incolis in Boream maximè vergant, idcircò *North-folke*, quasi Borealis-populus, dicuntur, sicut qui in Austrum, Australis-populus, et vulgo, *South-folke*.

Aër subtilior paulò & asperior, præsertim in Campestri Regione, et ad Mare: hinc & Veris et Messis adventus sefor: cùm nonnihil etiam ad eorum tarditatem faciat regionis positio, utique sub grad. 53. Latitudinis.

Solum pro locorum ratione varium sub Oppidis ferè lætum et ferax: cujusmodi est, argilla, calx, creta, sive marga terra sc. pinguior: idemque aquis satis irriguum, nec sylvis defectum. Superius vd ericeta, nudum, aridum, & sterile. *Marshlandus* et *Fleg* supra modum opulenta: illa quidem peculiari ingenio pascuis, hæc frumento fœlicior.

(2) Partes istius provinciæ à *Thetfordia*, *Burnhamum* usque: atque indè Occidentem versus, uti & omnis maritimus tractus, in Campestri regione censentur: reliquæ utpote sylvis condensiores, Sylvestris et est et dicitur, vulgo, *the Woodland*. Campestria, frugibus, Ovium gregibus et Cuniculis referta. Atque hic, sterilia alioqui Ericeta, ex provido Majorum instituto et consilio, admodum quæstuosa sunt. Nanq; in illis præcipuè habentur, quæ nobis *Fould-courses* dicuntur: *Saxonibus*, quorum ut videtur institutum fuerat, ΠΑΟΡΟΥΗ, *i. Libertas septorum sive ovilium*. Ac Ericeta quidem illa ex compascuis ibus hijs Ovibus, earúmque fimo et concubitu (quos *(the Tath)* dicimus) ita frugibus ferendis fœlicia fiunt, ut fata cùm sint, aliarum regionum arva vel fœcundissima æquare soleant: requieta verò, diù exindè et gratiorem pastum et uberius pabulum Ovibus suppeditent: ita ut mutuas sibi invicem tradendo operas, quæstum vicilim pariant, utique ex quibus præcipua Provinciæ opulentia accrescat. Omni maritimus tractus piscatu dives, portubusque idem opportunis instructus. Ex quibis *Lenna* sive *Linn* et *Garianonium* (*Anglis Yarmouth*) mercimonijs faciendis primum; *Wels* et *Blackney* secundum locum merentur. Vniversus ager fluvijs fontibusque amœnis dives: Quorum *Ousa* (major) princeps est: per cujus copiosos ut ita dicam ramos, Insula *Elyensis*, *Cantabrigiæ* etàm Oppidum quàm Comitatus, *Huntingdonia*, agerque *Suffolciensis*, et sua commoda transferunt, & aliena recipiunt. Secundus ab eo est *Hiera*, sive *Tere*, qui *Norvicho* fertur *Yermuthum*, ubi *Burim* ab *Aylsham* decurrentem admittit. Vterq; opportunus quidem vecturis, sed piscium cop à admodùm insignes. Constat enim unum quempiam ex ijs qui ad *Burim* accolunt: è statione quidam piscaria (quam *an Hold* vocant) semel quotannis, binis sagenis sive verriculis viginti supra centum plus minùs piscium modios, una vice contraxitle in prædam. *Waveneius* itidem et minor *Ousa* Navibus sustinendis pares, magno usui sunt: Reliquos prætereo.

(3) Hanc Provinciam tenuêre antiquitùs ICENI, qui *Suffolciam* etiam unà cum *Cantabrigiensi* et *Huntingdoniensi* Comitatibus occuparunt. Iidem, ut videtur, qui *Cæsari Cenimagni*, *Ptolemæo Simeni*; alijs *Tigeni*, dicuntur. Gens ut probabile est, moribus ijsdem quibus *Britannorum* cæteri, barbatis, (ut ea tempora ferebant) sicut ex *Cæsare* et *Tacito* liquet. Nec successores suos *Saxones* hoc nomine laudare possim; quandoquidé *Ethelwardus* corti popularis & Historicus, ita eos appellitet. Ab adventu *Normannorum*, humaniores et ingenui habiti sunt. neque à bonis literis alieni, ut qui Religione plures Ecclesias et Monasteria quàm ullus alius Angliæ Comitatus excoluerint: Legésque & Tribunalia, multis jam seculis, præstantissimis aliquot viris instruxerint. Vndè præcipui nominis, pleræque familiæ nostræ, atque adeò hujus Regni primæ Nobilitatis nonnulli, auctiores facti sunt. Atq; hoc ipso *Norfolcia* fœlix habetur; quòd sicut olim *Creta* de centum suis urbibus gloriata est, ita hæc, centum Nobilium seu Generosorum * Familias jactare potuerit, quæ nunquàm læsæ Majestatis reæ tenebantur, quatenus aut famâ cognovimus, aut annalium disquisitione. Penes quos politeia hujus regionis sub *Cæsaris* tempora fuerit, incertum est; Sed, reliquis *Britanniæ* proculdubio non absimilis: *Toparcham* videlicet quempiam vel *Regulum* summum Magistratum (ita enim *Tacitus* eum nominat) agnovit. Citeriorisseculi *Romani*, Præsidijs duobus ex Equitibus, uno ad *Gariannum*, propè *Yermuthum*; altero ad *Brandunum*, hodie *Brancastre*, eam rexerunt: qui quidem sub *Comite Maritimi Tractus* (ita eum *Marcellinus* vocat) qui posteà *Comes Littoris Saxonici* dicebatur, meruerunt. Statim ab ingressu *Saxonum*, Comitatus iste unà cum *Suffolciensi* in (*Orientalium*) *Anglorum* potestatem cessit: et circa annum Redemptionis Humanæ 561. utrumq; conjunctim in regnum erexit *Vffa*: à quo qui successerunt Reguli *Vffini* dicebantur. Cùm autem multas fortunæ tempestates perpessum esset hoc Regnum, tandem ab *Hubba* et *Hungaro Dane*, *Anno Dom.* 870. miserè vastatum & extinctum jacuit: Hij enim Sanctum illum *Edmundum* Regem ad *Thetford am* prælio victum, post ad S. *Edmundi Burgum*, *Hoxton* antè dictum, miserè confossum, trucidarunt. Non ita diù tamen illud tenuere: Mox enim *Edoardus* (senior) Rex, cùm ab illis debellatis abstulisset, suis alijs Imperijs adjunxit. *Dani* tamen nihilò minùs hijsce in locis frequentes consederunt, ita ut multa ex Oppidis nostris illi condiderint, bonáque pars nostræ tàm Plebis quàm Nobilitatis, ex eorum sanguine emerserit.

(4) Regnum hoc *Orientalium Anglorum* honorario Comitatui ejusdem nominis posteà à *Gulielmo Conquestore* attributum est, qui *Radulphum* quendam è *Britannia Armorica* oriundum, qui cognatam ipsius in uxorem duxerat, Comitem ejusdem creavit. Sed majorem hujus Regionis partem, circa *Wimondham*, *Keninghall*, *Lennam*, *Burnham*, *Fulmerston*, &c. *Gulielmo* de * *Albania*, *Pincernæ*, et *Gulielmo* de *Warrenna Forestario* dedit: qui ut sese, secundùm illiorum temporum consuetudinem, homagio et servitio multorum inquilinorum clientium & beneficiariorum firmarent, amplas satis portiones inter suos amicos et sequelas distribuerunt: usq; adeò, ut pleræque Maneriæ, Prædia et Latifundia in prædictis illis partibus, tunc temporis, ab hijs vel mediatè vel immediatè tenerentur. Atque ut *Norfolcia* & *Suffolcia* primò in Regnum, deinceps in Comitatum unitæ erant, ita in Comitatu conjunctæ usque ad decimum quintum annum Regni *Elizabethæ* permanserunt.

(5) Oppida hic ferè eleganter extructa, et habitatoribus frequentia sunt: quorum tria ea dignatione et conditione sunt, ut nullus per omnem *Angliam* Comitatus ejusmodi habeat: nimirùm, *Norvicum*, *Lenna*, et *Yermutha*: quibus antiquæ dignitatis causa, quòd Regum *Orientalium Anglorum* sedes fuerat, merito *Thetfordiam* adjungere liceat. *Antonino* Imperatori, et superioribus seculis nomine *Sitomagi* cognitam; cùm tria illa, in sua infantia, nec ullo in nomine aut pretio essent. Neque enim arridentmihi quæ de Antiquitate et magnificentia *Norwici* sub *Britannis* et *Saxonibus* feruntur, uteunq; *Alexander Nevillus* ea satis cohonestaverit. Nomen quidem ipsum multum sibi suæ antiquitatis detrahit: cùm nullum aliud in omni historiarum memoria, nisi *Norwicus* extet, quod merè *Saxonicum* vel *Danicum* est, et Boreale vel Oppidum vel Castrum significet, alias sinum vel portum. E *Venta* sibi vicinæ, quæ nunc *Castor* dicitur, occasu et ruinis ortum habuisse videtur, nec (ut *Cambdenus* observavit) ullius notæ ante *Danorum* adventum fuisse: qui hoc Oppidum *Anno Dom.* 1004. in primis illis suis incunabulis *Suenone* Duce primò diripuerunt, ac deindè incenderunt. Tempore tamen Regis *Edwardi Confessoris*, mille tercentum et viginti Burgenses recuperavit. Sed cum ex partibus *Radulphi Comitis* [*East-Angliæ*] prædicti, adversus *Conquæstorem* stetisset, quâ fame, quâ ferro ad quingentos et sexaginta redacti sunt: Cùm enim Comes fugâ sibi Navi avectus consuluisset, uxor ejus eò adacta est, ut Castello ex pacto tradito, eum sequeretur. *Gulielmo Rufo* regnante, mercimonijs faciendis, et commeantium frequentiâ inclaruit, ita ut *Herbertus* Episcopus Episcopali sede *Thetfordia* eò translatâ, ornamento sibi invicem ut essent effecit. Pro temporum varietate, varias etiam alternantis fortunæ vices experta est. Fortuito incendio, *Anno* 1508. Grassante subinde Peste; quæ quidem *Anno* 1348. ita invaluit, ut à Calendis Ianuarij ad Iulij, referentibus annalibus, quinquaginta septem millia centum & quatuor mortales desiderarentur: Bellorum funestis cladibus, cùm à Comite *Flandriæ* & *Hugone Bigodo*, *Anno* 1174. miserè diriperetur: Deditione itidem factâ *Ludovico Franco* contra legitimum suum Dominum, Regem *Iohannem*, *Anno* 1216: A seditiosis illis, et exhæreditatis Baronibus, *Anno* 1266. Intestino motu et tumultu inter Cives et Religiosos sive Clericos coorto: semel, circa *Annum Domini* 1265. Ad quem sedandum si Rex *Henricus* tertius ipse non interveniisset, actum utiq; de tota hac urbe esset. Iterum, *Anno* 1546. cujus seditiosi tumultus causa, Prætor sive Major loco motus est, et jura libertatésque Civitatis pro tempore amissæ. *Edoardo* sexto regnante, *Ketts* rebellione; cujus furibunda rabies in hanc præcipuè urbem exardescebat. Exindè verò perpetua pace, Rerum copia, opulentia ac honoribus floruit: adeo ut *Alexander* ille *Nevillus*, omnibus eam *Angliæ* urbibus, uno excepto *Londino* præferre non dubitet. Peramœno situ, in convalle seu potiùs leni collis dejectu, ad flumen *Hiertum* sive *Garienem* sedet: ad Orientem Montes et Ericetum *Mussild*, pro *Moss-would* (ut arbitror) dictum, prospectans. Anno decimo sexto Regni *Stephani*, de novo fundata, & Communitas vel Corporatio facta est. *Edoardo* primo regnante, mœnibus pulchris et validis undique obsepta, nisi qua Flumen munimento illi est. Summos Magistratus primò quatuor Ballivos habuit. Pòst à Rege *Henrico* ejus nominis quarto, in Majoratum et Comitatum erectum est: cujus pomœria limitésque hodie ad *Eaton-bridge* proferuntur. Parœcias jam plus minùs triginta amplectitur, cùm superiori seculo multò plures numeraverit.

(6) *Lennum* sive *Linnum*, cùm antiquus olim fuerit Burgus, Ballivo sive Præposito subditus, à Rege *Iohanne*, sexto sui Regni anno, factus est *Liber Burgus*, sive *Municipium*: & præter donum memorandi ejus Scyphi, qui hodiéque Communitatem ejus honestat, pluribus amplissimisque gaudet immunitatibus. Rex *Henricus* ejus nominis tertius, anno Regni sui vicesimo septimo, ob egregiè navatam operam et rem gestâ contra proscriptos Barones in *Elyensi* Insula, Chartam hujus Oppidi auctiorem fecit: eo accessitque etiam ut loco Præpositi, Prætorem eligerent: cui *Henricus* octavus vicesimo sexto Regni sui anno, duodecim Senatores sive Aldermannos adjunxit, ac Recordatorem, una cum alijs Ministris: atque ut Prætori Gladius præferretur. Sed cùm postea Oppidum in jus ejusdem Regis devenisset, ipse vicesimo nono Regni sui anno, nomine mutato, pro *Majore & Burgensibus Lennæ Episcopi*, *Majores & Burgenses Lennæ Regis* dici voluit.

(7) *Yarmutha*, cùm sit Clavis et Repagulum hujus maritimi tractus, ab ostio *Hieræ* fluminis et nomen et situm sumpsit. Inchoatum quidem hoc Oppidum per *Danorum* tempora, et minutis accessionibus auctius frequentiusque cùm increscerent, Communitas sub duumviris sive duobus Ballivis, à Rege *Henrico* tertio factâ est: et per ipsius Chartam, circiter decimum quintum Regni sui annum, mœnibus cinctum. *Quinque Portuum* antiquum est membrum, perelegantèr exstructum, et satis munitum. Vnicum tantum Templum habet, sed idem perpulchrum & amplum ab *Herberto* Episcopo *Gulielmo Rufo* Regnante, extructum. Molem sive Pilam arcendo Mari, annua quingentarum plus minùs librarum impensa tuetur. Nullis tamen gaudet possessionibus sive Latifundijs, ut aliæ Communitates, nec quicquam præter Maria et 4. Ventos, sicut *Aeolo* et *Thetidis* alumni habet: ut vetus Inquisitio anno decimo Regnantis *Henrici* tertij comperit. Quotannis Septembri mense nobilissimus totius Europæ Halecum piscatus hic celebratur: qui ingentem populi frequentiam et concursum huc invitat: undè Oppidum insequenti quidem toto anno multò ditius evadit, sed pro tempore naribus ingratissimum. Oppidani ea humanitate sunt, ut veteri more, jam inde à majoribus instituto, quoscunque melioris notæ advenas hospitésque comiter invitent, convivijsque lautè excipiant.

(8) Episcopatus *Norwicensis* suam primitùs sedem *Dunwici* in agro *Suffolciensi* habuit. A *Felice*, prima ejus fundamenta posita sunt, qui hunc Comitatum adeóq; omnes *Orientales Anglos* ad fidem convertit. Qui cùm è *Burgundia* à *Sigeberto* primo *Orientalium Anglorum* Rege qui Christo nomen dedit, accersitus esset, ad *Babingley* juxta *Lennam* appulit: atque ibi primam in his Regionibus Ecclesiam fundavit, et in ejus memoriam in hodiernum diem suo nomine appellatur. Alteram etiam *Sharnbourne* extruxit, tunc temporis ligneam, ideóque *Stock-Chappell* vocatam. Post *Felicem* trés; suos Successores, Episcopatus in binas sedes divisus fuit: una quidem *Dunwici* permansit, undecimq; habuit Episcopos ordine succedentes: altera *Elmhami* in *Norfolcia*, cum suis duodecim successoribus. Deinceps verò *Edwino* regnante, utráque sede in unam restituta, integra jam per duodecim alios Episcopos *Elmhamæ* perstitit. At Conquestore imperante, *Arfastus* qui et à sacris, vel Capellanus fuerat, cùm ipse decimus tertius esset Episcopus, *Thetfordiam* transtulit. Inde autem *Herbertus*, tertius ab eo successor, cùm à Rege *Gulielmo Rufo* mille nongentis libris mercatus esset, *Norwicum* tandem Cathedram removit. *Herbertus* iste *Losinga* cognomento, *Normannus*, Cathedralem ibi posuit Ecclesiam, amplisque possessionibus & prædijs locupletavit. Nec procul inde, alterum etiam Templum S. *Leonardo* sacrum exædificavit: uti et tertium *Elmhami*: quartum deinde *Lenni* admodùm sanè speciosum Divæ *Margaretæ* in honorem: quintúmque tandem *Yarmuthæ*, de quo suprà dictum est. Iuxta Cathedralem illam Ecclesiam Palatium etiam Episcopis extruxit: et Prioratum illic fundavit unum, qui nunc conversus est in Decanum & Capitulum: alterúmque *Thetfordiæ*. Ab illius tempore sedes Episcopalis perpetuò et immobiliter *Norwici* constitit: antiquæ verò possessiones ab ea distrahuntur, quarum loco Abbatia et Latifundia S. *Benedicti de Holme* ei annectuntur. Commoda hujus Comitatus hoc in Tetrastico complexus sum.

Ingenio & populi cultu Norfolcia clara est:
Hinc fluvijs, illinc Insula clausa maris;
Qua ratis, & vellus, frumenta, cuniculus, agnus.
Lac scatet, & pisces, pabula, mella, crocus.

Numerantur hac in Provincia Centuriæ triginta duæ: Oppida Mercatoria triginta, Ecclesiæ Parœciales, sexcentæ et sexaginta.

Malmesb. fol. 104.

Alex. Nevillus.

Mussild.

Lenna, sive Lennum.

Yarmutha.

Coram M. de Pateshul. Wa. de Everwick, &c.

Episcopatus.

NORFOLCIA, *Comitatus & florens, & cultoribus frequens, descripta & divisa: annexis Nobilium familiarum quæ honoratium illius titulum gesserunt, Insignibus.*

Impiæ ac sceleratæ Rebelliones duæ hanc *Norfolciæ* Provinciam separatim graviter exercuerunt: prior à *Iohanne* quodam * *Littesiaro* Infectore sive Tinctore *Norwicensi*, mota: qui cùm se Regem plebis nominâsset, quinquaginta armatorum millia in aciem sub signis eduxit: Baronésque *Morleium* et de *Scales*, ad mensæ suæ ministerium, cum alijs Equestris ordinis viris vi abduxit. Tandem verò ab *Hugone Spensero* Episcopo *Norwicensi* superatus, merito suspendio periit, *Anno* 1352.

Altera, sub ductu *Roberti Ketti* Coriarij *Wimondhamensis*: qui in quodam prælio Dominum *Gulielmum Parrum*, Marchionem *Northantoniensem* fugâ sibi ut consuleret, coëgit: Baronémque *Sheffeld* in ipsa acie occidit. Post multas autem clades urbi *Norwicensi* illatas, à *Iohanne Dudleio* Comite *Warwicensi* captus, (cæsis suorum quinquies mille) ipse sublimis in summitate arcis suspensus pœnas luit, *Anno* 1549.

Hanc Norfolciæ *Descriptionem ornatissimo viro* HENRICO SPILMANNO *Equiti Aurato acceptum refero.*

NORFOLK

A COVNTIE
FLORISHING
& POPVLOVS
DESCRIBED
AND DEVIDED



With twoe seuerall and vnnaturall rebellions hath this Countie of Norfolk bene infested: the first comenced by Iohn Litister a Dier in Norwich calling himselfe kinge of the Commons whoe led fyftye thousand Souldiers into the feild, and forcablye carryed the Lord Morley and Scales to serue him at his table with other Knights heiyes. but was lastly ouerthrown by Henry Spenser bishop of Norwich and worthelye hanged. Ano. 1381.
The other was vnder the leading of Robert Ket Tannar of Wimham whoe in a conflict forced the Lord William Parr Marquis of Northampton to flight. and slewe the Lord Sheffeld in the feild. but after many outrages done to the citie of Norwich was taken by Iohn Dudley Earle of Warwick. having fyue thousand of his folowers slaine and himselfe hanged vpon the tope of the Castle. Ano. 1549.

DIEV ET MON DROIT

THE WASHE

WEST

PARTE OF CAMBRIDGE SHIRE

MERSHE LANDE

FREBRIDGE IN MERSHLAND HVNDRED

CLACKHOWSE HVNDRED

GALLOWE HVNDRED

GRENEHAWE BROTHERHVN:

GRIMSHOE HVNDRED

LACKFORD HVN:

WAYLAND HVN:

LAVNDICHE HVN:

Discribed by Christopher Saxton. Augmented by I. Speede. Are to besold in popes head Alley by I. S. & G. H. cum priuil.

A SCALE OF MI

1 2 3 4 5 6

SOVT

LK WITH THE
TIE ARMES OF SVCH
ING NOBLE FAMILES
OVS AS HAVE BORNE
ED THE TITLES
IDED THEROF.

The Armes of Norwiche

NORWICHE

Verus flu

PLACES within the Cittie obserued by Letters.	
A. S. Leonards	N. S. Michaels.
B. Bishopps gate	O. S. Iohns at the gate.
C. The Cathedrall Churche	P. S. Stephens.
D. S. Martins at ſ Pallis gate	Q. The Market place.
E. S. Botholds	R. S. Gyles gate.
F. S. Clements	S. Heli gate.
G. S. Augustins	T. S. Benets gates.
H. S. Martins at the Oke	V. S. Stephens gates.
I. The Castle	W. Pockethorpe gate.
K. S. Peters Permantigate	X. The New Milles.
L. S. Martins on the hill.	Y. Chapell in the fridde.
M. S. Iohns on the hill	Z. S. Martins gate.

Rt Guiet Earle of Norf:

Wiſef Bolain E. of Nor:

Hu Bigod E. of Norfolk

Th Brotherton E of N:

Th Moubray D. of N:

Ro of Shrowesbury D of S

Io Howard D of Norfolk

EAST.

PARTE OF SVFFOLKE

LE OF MILES.

5 6 7 8 9 10

SOVTH

Hundredi in *Norfolcia.*

1. S*Methdon.*
2. S*Brothercrosse.*
3. *North-Greneboe.*
4. *Hoste.*
5. *North. Erpingham.*
6. *Tunstad.*
7. *Happing.*
8. *West-Flegg.*
9. *Blowfeild.*
10. *Tauerham.*
11. *South-Erpingham.*
12. *Eynsford.*
13. *Gallowe.*
14. *Freebridge.*
15. *Launditche.*
16. *Mitforde.*
17. *Forehoue.*
18. *Humbleyarde.*
19. *Henstead.*
20. *Loddon.*
21. *Clauering.*
22. *Earsham.*
23. *Depwarde.*
24. *Dysse.*
25. *Gyltcrosse.*
26. *Shorpham.*
27. *Wayland.*
28. *South-Greneboe.*
29. *Walsham.*
30. *Clackcrosse.*
31. *Grymshoue.*

A
Aecle, *Blow.*
Aileswythorpe, *Freeb.*
Alby, *Southerpe.*
Alburrough, *Norther.*
Alburghe, *Earsh.*
Aldeby, *Clau.*
Alderford, *Eynf.*
Alpington, *Clau.*
Althorpe, *Gal.*
Anmer, *Freeb.*
Antingham, *Norther.*
Appleton, *Freeb.*
Armingale, *Henst.*
Athby, *Fleg.*
Athby, *Clau.*
Athill, *Wayl.*
Athmonhangle, *Tunst.*
Athwelthorpe, *Depw.*
Attacton, *Dep.*
Attlebridge, *Tauer.*
Attleburgh, *Shrop.*
AYLESHAM. S. *Erp.*
Aylmerton, *Norther.*

B
Baconsthorp, *Souther.*
Bagthorpe, *Gal.*
Barsham, *Gyl.*
Baningham, *Southerp.*
Barford, *Fore.*
Barmer, *Gal.*
Barney, *Northgr.*
Barncham, *Fore.*
Barningham Northwood } *N.E.*
Barningham, *North.*
Barningham, *Souther.*
Barrow, *Mit.*
Barrowe, *Clau.*
Barton blendish, *Clac.*
Barwicke in the brakes, } *Smt.*
Barwicke, *Fore.*
Batham north, *Gal.*
Batham west, *Gal.*
Batham east, *Gal.*
Baſſingham, *Northerp.*
Baſtwicke, *Fleg.*
Bathely, *Holt.*
Bawburgh, *Fore.*
Bawdeſwell, *Eynf.*
Bawſey, *Freeb.*
Bayfeild, *Holt.*
Beckham weſt, *Souther.*
Beckham eaſt, *N. Erp.*
Beddenham, *Clau.*
Beeſton, *Laund.*
Beeſton S.Laurence } *Tun.*
Beigton, *Blow.*
S.Benet, *Tunſt.*
Benſted, *Hap.*
Berningham, *Souther.*
Berningham North } *N.E.*
Berningham winter } *N. Er.*
Berrowe, *Mit.*
Beſthorpe, *Shrop.*
Beſton, *Northerp.*
Beſton, *Tauer.*
Betely, *Laund.*
Bexwell, *Clack.*
Bicham well, *Clack.*
Bidleſworth, *Gylt.*
Bilaughe, *Eynf.*
Billingford, *Earſh.*
Billingford, *Eynf.*
Bilney eaſt, *Laun.*
Bintre, *Eynf.*
Bittering little, *Laun.*
Bixley, *Henſt.*
Bixton, *Fore.*
Blackeney, *Holt.*
Blickling, *Southerp.*
Blingham north, *Blo.*
Blingham ſouth, *Blo.*
Blow norton, *Gylt.*
Blowfeild, *Blow.*
Bodham, *Holt.*
Bodney, *Southgr.*
Booton, *Southgr.*
Borowgh, *Southerp.*
Bowthrope, *Fore.*
Bowton, *Clac.*
Bracenaſhe, *Humb.*
Bradfeild, *Tunſt.*
Braddenham eaſt } *Southg.*
Braddenham weſt } *Southg.*
Brancaſter, *Smeth.*
Brandon little, *Fore.*
Branſton, *Eynf.*
Bramerton, *Henſt.*
Brampton, *Southerp.*
Breckles, *Wayl.*
Brieſton, *Blow.*
Breſingham, *Diſſe.*
Brettenham, *Shrop.*
Bridgham, *Shrop.*
Briſton, *Holt.*
Briſtlye, *Laun.*
Brockdiſhe, *Earſh.*
Nether Droitwiche

Over Droitwiche

Bangor

Emher Hall

Eſcoyde Hall

Whitchurche

Whitwell Chop

PART OF FLINT-SHIRE

Fens Hall

Penley Chap

Hanmere

Orton Madok

Chapdidleſton

Haulton

Bottesley

Welſhe Hamton

Elſmere

SHROP

PART OF

SHIRE

WINEFRIDS WELL

1 2 3 4 5 6 7 8

THE SCALE OF MILES

Perfourned by John Speede. are to be ſold in Popes-head aller againſt the Exchāge by Iohn Sudbury and George Humbell

Iodocus Hondius Colavit Cum Priuilegio. 1610

Tabula Alphabetica omnium Villarum, Fluviorum locorumque insignium in Comitatu *Flintensi.*

Hundredi in Comitatu *Flintensi.*

1. Mould
2. Mailers.
3. Rudland.
4. Prestattyn.
5. Coleshill.

A

Alen.
Alen flu.
S. Asaph.
Llan Asaphe.

B

Bangor.
Basingwark.
Bottesley.
Broughton.
Bruerton.
Burton.

C

CAIERWIS.
Cluyn flu.
Combe.
Cornish.

D

Darland Greene.
Demyrchion.
Nether Droitwiche.
Ouer Droitwiche.
Dyffyrdwy, or Dee flu.
Dyssart.

E

Escoyte hall.

F

Fens hall.
Flint.

G

Gronant.
Gulgraue.
Gwenusker.

H

Hanmere.
Harden Castle.
Haulton.
Holiwell.
Horsheath.

K

Kilken.
Kinnerton.

M

Maghegreg.
Meliden.
Merford.
Molde.
Moston.

N

Nannarch.
Chapell Nerquoyes.
Northop.

O

Clawdh Offa, or Offas ditch.
Old parke.
Orton madok.

P

Penley chapell.
Potruthan.
Potuary.
Prestatin.

R

Relusnoyde.
Rudland castle.

S

Seuion flu.
Skiuiog.

T

Tagidog flu.
Talarkrey.
Treer castle.
Trethyn.
Treuealen.

W

Wheler flu.
Whitford.
Whitwell Chapell.
Willington.
Worthenbury.

Y

Yowley Castle.
Yowley hall.

BRITISH MUSEUM 11 MY 1918

CAER-NARVONIENSIS COMITATVS.

CAP. XIIII.

Varia hujus agri nomina.

Walli mutant [*M*] in *V.* aut *F.*

Figura.

**Orme* promontorium.

Dimensio.

Aër.

Terra.

Alpes *Britannicæ.*

Mons *Snowdon.*

Veteres Incolæ.

Cochleæ Margaritiferæ.

Segontium.

Matth. Weſtmonaſter.

Oppidum *Caernarvonia.*

Caernarvonienſis Provincia, *Britannis* ſive *Wallis*, *Sir Caer-von*, ſic dicta quòd *Monam* Inſulam [*Anglis Angleſey*] è regione oppoſitam habeat, (quam *Britanni Mòn* vocant, & in compoſitione *Von*;) & priuſquam *Wallia* in Comitatus deſcriberetur, *Snowden Foreſt*: à latere Septentrionali & Occiduo, mari *Vergivio* ſive *Hibernico* objacet: Auſtrale claudit *Mervinia*, & Orientale *Denbighienſis* ager, *Conovio* flumine interlabente.

(2) Figurâ cuneum refert, longior & anguſtior Auſtrum verſus, latior verò ad Septentriones increſcens: ita ut à *Pevenkele* promontorio auſtrali cardine, ad **Ormeſhead* borealem limitem, milliaria numerentur quadraginta: à flumine autem *Conovio* in ortivo latere, ad oppoſitum ei fluvium *Llenoium* in Occiduo, viginti. Univerſi ambitus centum decem millibus paſſuum circumſcribitur.

(3) Acrior eſt & penetrantior aëris intemperies: cùm & regioni deſit à natura ſubſidium omne, quo ſe ab injuria ventorum & cœli iniquitate tueatur: & montes, præterquàm quòd eorum juga nivium ſenio caneſcunt, omnem ſolis apricitatem & calorem excludant.

(4) Neque ſolum fertilitate fœlicius eſt, ſi oras illas tantùm maritimas, quæ in Occaſu *Hiberniam* ſpectant, excipias. Interiora enim & meditullium omne hujus agri in montes aſſurgunt: naturâ hoc in loco, deditâ quaſi operâ compagem noſtræ hujus Inſulæ hiſce præruptis ac confragoſis montibus adeò confertim elatis denſante, & interiorem illius partem ad receptaculum *Britannis* tutiſſimum, ingruente bello adverſiſque rebus, quæ poſteà illis incubuêre, fabricante: tot enim aſpreta rupeſque, tot convalles ſtagnis impeditæ, paſſim interjectæ ſunt & inviæ, omnes hoſtium incurſiones intercludentes, ut nullus exercitus quàm inſtructiſſimus, ac ne viator quidem expeditiſſimus calles inveniat. Alpes *Britannicas* hos montes meritò appelles: nam præterquàm quòd totius Inſulæ maximi ſunt & vaſtiſſimi, præruptis etiam & inciſis undique rupibus non minùs quam illæ Alpes *Italicæ* præcipitium minantur. Omnes quidem turrium inſtar in aërem elati, unum ambiunt: qui in medio ſupereminens, longè caput ſuum præ reliquis effert, & peculiari nomine mons *Snowdon* dicitur; quanquam & cæteri eodem ſenſu, *Britannis* ſive *Wallis*, *Craig Eriry*, quaſi niviferi montes appellentur, à nivibus nomen, uti etiam, teſtante *Plinio*, *Niphates Armeniæ*, & *Imaus Scythiæ*, aſſumentes. Toto enim anno nive denſatâ & incruſtatâ obteguntur, qui alioqui ſublimitate ſua, & ſolibus ad diſſolvendum, & ventis ad everrendum eam expoſiti patent.

(5) Antiquitùs hanc regionem incoluere ORDOVICES, de quibus in ſuperioribus provincijs deſcribendis dictum eſt ſatis. Neque diutùs inſiſtendum mihi eſt in recenſendis vel oblectamentis vel commodis, quæ hic ager ſuppeditat ob affinitatem & vicinitatem & cœli & ſoli, quam cum *Denbighienſi* agro & *Flintenſi* ſuprà memoratis habet. Et tamen hic ager præſtat illis, quòd nonnullis in locis cochleas quaſdam ſive conchas progignat, quæ cœleſti rore gravidæ margaritas parturiunt & pariunt, pluris olim quàm hodie æſtimatas.

(6) Inter loca memoratu digna, urbs illa perantiqua occurrit, quam *Antoninus Aug.* SEGONTIVM nominat: quæ nomen à præterfluente fluvio, qui etiamnum *Seiont* dicitur, ſumpſit. Cujus murorum reliquiæ adhuc extant juxta Eccleſiolam, in *S. Publicij* honorem exſtructam. Hanc urbem *Ninius Caer Cuſtenith* nominat: quam quidam *Conſtantini* urbem interpretantur. *Matthæus* ſanè *Weſtmonaſterienſis* Author eſt, (quàm verè, viderit ipſe) *Anno Dom.* 1283. Corpus *Conſtantij* patris *Conſtantini Magni* hìc inventum fuiſſe, & honorificè locatum juſſu Regis *Edwardi* ſecundi, in novæ urbis Eccleſia, quam ex hujus vetuſtæ ruinis excitavit, & quæ *Caernarvon* dicta, nomen ſuum univerſæ regioni communicavit. Oppidum ipſum, pulcherrimum ad mare proſpectum præbet, & ferè orbiculari mœnium Caſtri ambitu continetur: adeò ut urbeculam eſſe dicas intra Caſtrum, quod totum Occidentale latus occupat. Et dolendum ſanè, ſi tam eximium opus vel minimè perpetuum foret, vel vetuſtate unquam ruiturum eſſet. Quod utique ab immiti mari magnopere timendum eſt indies violento impetu irruente ac ſæviente, & crepidinis jam ipſius ſubſtructiones & fundamenta, tantùm non ſubruente & eradente. Oppidani comitate ſuâ & politiâ ſatis probantur: & hæc quidem penes eſt Præfectum, quem Conneſtabularium vocant Caſtri, qui ſemper diplomate regio eſt & oppidi Prætor: adhibitis ſibi tam in auxilium quam miniſterium, uno Aldermanno, duobus Ballivis, duobus ad Clavam Servientibus, & Clerico communi uno. Nec parùm gloriantur de Natalibus Regis *Edwardi* ſecundi, qui in quadam Caſtri turre, quæ *Turris Aquilæ* dicitur, in lucem editus, inde cognomentum ſive denominationem de *Caernarvon* ſumpſit: primuſque ex *Anglorum* genere *Wallię* Princeps fuit. Poſitio hujus oppidi, ſecundùm mathematicam rationem, obſervatur eſſe in Longitudinis gradu 15. & ſcrup. 50. In Latitudine autem Polus borealis ad grad. 53. & ſcrup. 50. elevatur.

Banchor, Epiſcopalis ſedes, quanquam hodie oppidulum tenue ſit, ſuperioribus tamen ſæculis, ob amplitudinem ſuam, *Banchor vaur*, i. magnum dici meruit: quod *Hugo* Comes *Ceſtriæ* Caſtro firmavit. Iam pridem verò funditùs dirutum & ſolo æquatum diſparet: adeò ut nullum jam ipſius veſtigium, ac ne monumentum quidem omninò ſuperſit, quamvis ſummâ curâ & diligentiâ perquiſitum. Epiſcopalis illa ſedes intra diœceſin ſuam nonaginta ſex parœcijs præeſt. Antiquum verò Templum *Danielis* ejuſdem olim Præſuli ſacratum, perditiſſimus ille rebellis ac infamis *Odoenus Glendowerdwy*, qui omnes etiam *Walliæ* urbes, quòd ex partibus Regis *Angliæ* ſteterant, excidio deſtinârat, & deformavit & incendit. Et quanquam regnante *Henrico* ſeptimo reſtaurata, vix tamen priſtinam dignitatis ſpeciem recuperavit.

Conovius fluvius, qui ab Oriente hunc agrum definit, *Ptolemæo*, vel corruptè, vel tranſcribentis librarij inſcitiâ, TOISOVIVS pro CONOVIVS dicitur: qui CONOVIO oppido, cujus meminit *Antoninus*, nomen ſuum impertijt. Et quamvis tam ipſum oppidum, quàm nomen eò loci penitùs extinctum ſit, novo tamen nomine vetuſtatem ſuam ſubindicat tenuis inter ejus ruderа viculus, *Caerhean*, i. antiqua urbs. E cujus ſpolijs, novum oppidum Rex *Edwardus* primus ad ipſum fluminis oſtium excitavit, quod inde *Aber-Conwey* vocant, i. *Conovij* oſtium. Qui locus ab *Hugone* Comite *Ceſtriæ* communitus, cùm & ſitu ſatis firmus & operibus, tam muris quàm pereleganti ad flumen Caſtro firmatus, urbeculæ potiùs quàm oppidi nomen mereatur, modò incolis frequentior, & mercimonijs faciendis celebrior eſſet. Neque hìc ſilentio prætereundus eſt *Newin* viculus quamvis mercatorius exilis, hoc duntaxat nomine, quòd *Angli* Proceres de Anteſignanis *Wallorum* Rebellibus jam debellatis triumphantes, militari decurſione & feſtivâ pompâ, memoriam Regis illius *Arthuri* celebrare dignati ſint.

(7) Nec plures alias res memoriâ dignas exhibet hæc Provincia, niſi fortè hoc memorandum ſit, quòd è regione *Conovij* fluminis, quà ſe in mare exonerat, ſedit olim antiqua urbs, *Diganwey* dicta; quæ multa ante ſecula ictu fulminis deflagravit: atque ita unà cum alijs ſummæ vetuſtatis & celebris memoriæ monumentis penitùs deſolata & ſepulta jacet. Itidem, quòd in lacu *Lin-Peris*, piſcis eſt peculiaris, non alibi viſus, quem à rufeſcente ventre *Torcoch* accolæ vocitant. Nam de hijſce alijs duobus, ut ita dicam, miraculis à *Giraldo* & *Gervaſio* celebratis: horum ſcilicet in montium verticibus duos eſſe lacus, quos *Mears* vocant, quorum alter plurimos producat piſces, ſed monoculos omnes; in altero verò, Inſula quaſi innatat erratica, quæ cùm primùm pedibus teritur, procul reſilit & refluitat, unde *Wallenſes* ſupervenientes hoſtes ſæpiùs eluſerunt; de hijſce inquam ut Scepticus aſſenſionem meam cohibebo: quas tamen Lector (ut opinor) crediderit potiùs, quàm in rem præſentem earum veritatem exploraturus acceſſerit.

Quinque oppida contractibus faciendis, emendis vendendiſque rebus, alijſque negotijs tranſigendis opportuna oſtendit hic Comitatus: quatuor Caſtris firmatur: et in ſexaginta octo Eccleſijs parœcialibus ad res divinas celebrandas conveniunt Incolæ.

Politia hujus urbis ſive oppidi.

Rex *Edwardus* 2. de *Caernarvon.*

Banchor.

Odoenus Glendowerdwy.

Conovius fluvius.

Caer-hean.

Aber-Conwey.

Florilegus.

Tor-coch piſcis.

Piſces monoculi.

Inſula erratica.

Diviſio provinciæ.

NOR

WEST

PART OF ANGLESEY

ANGLESEY

CAERNARVON

Places
A Llanvore lane
B Tuttle Strete
C Prickey Sithy
D Pount Prith
E Lone Peblike
F High Strete
G Castle Strete
H Ditch Strete
I The Conduite
K Shire Hall
L Shire hall strete
M Strete a place
N Pepper lane
O Church lane
P Oatmeal mar.
Q The Free Schole
R The Keye
S West Gate
T The Chappell
V The Exchecquer
W The Castle
Y East Gate
Z The Church waye

Auon Saint flu.

40 80 120
A SCALE OF PASES

Bewmaris
Llandisilio
Llanuair Iskaer
Llantharnolen
Dinas Orueg
Carnarvan
Llanbeblin
s.Elyn
Saint fl.
Llanuaglan
Llannyhangle Enreage
Castl: Delbadern
Llanunda
Bettus Garmon
Carrog flu.
Gwelyc flu.
Dinas dynlle
Llandurog
Glyn Llyuan
Llyntreuennyn
Llyuan flu
Llenny flu.
Clenoguaure
Naullt
Llanlleueny
Llynhaladoylen
Mare flu.
Dolbenmer
Ryuil Hill
Llanuylhayrne
Llangelw
Carnguah Chap
S. Katernes
Llanstidwyre
Earch flu
Lloynderis
Llanarmon
Pistill
Newin
Edarne
Lannor
Pullhely
Abercarch
Thenuie
Bodwan
Kydeo
Bedwell
Llandidwen
Chapell Llangenuil
Girch flu
Teduchion
Keueamulch
Llanyhangle
Madryn
mäghholet
Penlleazhe
Llancastyn
Llanbedro
Llankeath
Nangnädle
Mildeyrne
Betunnog
Llandaguinnin
Llanyngan
Mongythmue hill
Brynerois
Rue
Llanuaelryse
Bodweryn Chapell
Daren flu
Braychy pult poynt
Penuenhale poynt
Gwelyn Island
Bardesey Island
Carrodynbill rock
Tycomer poynt
Mercrosse Island
Stidwall Island
Carr Lenurede

THE IRISH SEA

SCALE OF MYLES

1 2 3 4 5

Performed by John Spede and are to be solde in Popes head Alley ouer against the Exchange by John Sudbury and Georg Humble Cum Privilegio. Anno Dom. 1610.

SOV

NORTH

CAERNARVON

BOTH SHYRE AND
Shire-towne with the ancient
Citie BANGOR described.
Anno Domini 1610

SOLI O MALY HONI PENSE

PART OF MERIONETH SHYRE

Part of Denbygh

Aberconwy

BANGOR

The free Schoole

A SCALE OF PASES

SCALE OF MILES

EAST

SOUTH

Tabula Alphabetica omnium Villarum, Fluviorum locorumque insignium in Comitatu *Caernarvonensi*.

A

ABERCONWY.
Aberearch.
Apennant.

B

BANGER.
Bardesey *Iland*.
Bednell.
Bedskrethlim.
Bedsyllin.
Bethkelert.
Bettus *Seyrion ython*.
Bettus *Garmon*.
Betunog.
Bodvean.
Boduerin Chappell.
Braychypult point.
Bryncrois.
Brimmoyle.
Brynyryn.

C

Caier Ierienrode.
Caierhean.
CARNARVAN.
Carngugh Chappell.
Carrog flu.
Carodinbill-rocke.
Clenoguaure.
Clenunay.
Conwy flu.
Llyn Coulwyd.

D

Daren flu.
Castle Delbadern.
Dinas Orveg.
Dinas Dynlle.
Llyn Dolathelan.
Dolathelan Castle.
Dolbemer.
Dowye Gonulchy.

E

Earch flu.
Edarne.
Eglos-rosse.
Saint Elyn.

F

Funnon Llegoe.

G

Gastell flu.
Girch flu.
Guffin flu.
Guffin.
Gwely flu.
Gwelyn Island.
Gwider.

K

Saint Katherins.
Kenhayerne Chappell.
Kerig Chappell.
Keueamulch.
Kreky the Castle.
Kydeo.

L

Llanaber.
Llanarmon.
Llanbeblin.
Llanbedro.
Llanbeder.
Llanberis.
Llyn Llanberis.
Llancastyn.
Llandaguinnim.
Llandidno.
Llandidwen.
Llandigaio.
Llandrighla.
Llandurog.
Llangeby.
Llangedol Chappell, or Pentire.
Llangenvill Chappell.
Llanghennyn.
Llangustennyn.
Llanken.
Llanlledhyd.
Llanlleueny.
Lannor.
Llanpenmachno.
Llanrughwen.
Llannyhangle Enreage.
Lannihangle Maghholet.
Llannunda.
Llanyngan.
Llanstidwy.
Llanthaniolen.
Llanvaier vachan.
Llanuaier Iskaer.
Llanuaielrise.
Llanuaglan.
Llanuylhayrne.
Lledder flu.
Lleggy flu.
Llenony flu.
Lloinderis Glyn,
Llynan.
Llynan flu.
Llyndothadern.
Llynlhaladoylen.
Llynkeggil.
Llynmumber.
Llyntreuennin.
Llynnydulyn.
Llynyga.

M

Madryn.
Mapanab.
May flu.
Mercrosse Island.
Mildeyrne.
Monithnuehill.

N

Nangunadle.
Naulle.
NEWIN.

O

Ogwen Chappell.
Ormeshead point.

P

Penlleache.
Penmen maur.
Penmen bidam.
Pen moruay.
Penry.
Peuryn.
Penuenkle point.
Pistill.
Porlerit flu.
Porthathuferye.
PVLLHELY.

R

Rue.
Ryuill hill.

S

Saint flu.
Sinadon Castle.
Snowdown hill.
Stidwell Island.

T

Teduelion.
Thenuio.
Trathe Maur.
Treuelis.
Tycomer point.

BRITISH 11 MY 1918 MUSEUM

MONA SIVE ANGLESEYA INSVLA.

CAP. XV.

INsula hæc *Romanorum* *tempore *Mona*, *Britannis Mon*, & *Tir Mon*, i. Terra *Monæ*, *Anglo-Saxonibus* priſcis Monez, ac tandem cùm *Angli* poſt varias ſubinde acres dimicationes juris ſui feciſſent, Anglejey, quaſi *Angelorum Inſula*, dicta eſt. Inſula enim eſt, quanquam tenui & anguſto quaſi freto, flumine ſcilicet *Menai* à *Britanniæ* Continente diviſa, & omnibus ex alijs partibus turbido illo & undoſo *Hibernico* mari undique pulſata ſit: in quo forma jacet velut quadrata: non ita multùm longitudine & latitudine inæquali: quà enim longiſſimè protenditur, à *Bello Mariſco* Orientali limite, ad ultimum uſque Occidentale Promontorium, quod *Angli Holyhead*, i. ſacrum caput vocant, 20. milliaria: quà latiſſimè, à *Llanbaderik* Boream verſus, ad *Menai* oſtium Auſtralem terminum, patet, ſeptendecim colligit. Totius ambitus ſive circumferentia, ſeptuaginta plùs minùs millibus paſſuum terminatur.

(2) Cœlum mediocriter gratum & ſalutare: non ubique morbidum: niſi quòd febres aliquoties è craſſis & nebuloſis exhalationibus ſive vaporibus è mari *Vergivio*, quo hæc Inſula circumcingitur, elevatis, procreentur.

(3) Commoda quæ hanc regionem vel commendant, vel ornant potiùs, è re frumentaria & pecuaria exiſtunt: quibus non ipſa ſolùm opulenta & dives eſt, ſed aliæ etiam regiones ſuos hoc in genere defectus inde ſupplent. Licèt autem terra aridior & ſaxoſa videatur, deformior etiam, aſpectuque inamœna, quibuſdam *Walliæ* partibus non adeò frugiferis, exteriori qualitate ſimilima, tamen interioribus naturæ dotibus longè diſſimilis. Eſt enim præ cunctis *Walliæ* finibus tritico fœcundiſſima, adeò ut (*Giraldo Cambrenſi* Authore) proverbialitèr linguâ *Cambricâ* dici ſoleat, *Mon Mam Cymbry*, quod *Latinè* ſonat, *Mona mater Cambriæ*: quoniam alijs undique terris vel meſſe defectis, vel annonæ penuriâ exhauſtis, hæc ſola præpingui glebâ tanquam provida & mammifera mater, totam *Cambriam* ſuſtentare poſſit. Vtque commodiùs hoc in genere conſultum ſit, eadem natura illud munus ſuum alio beneficio ad uſum & neceſſitatem opportuno adauxit: molari ſcilicet lapide, quem hæc Inſula habet, & ad molendum frumentum, & ad ſubigenda acuendaque ferramenta idoneo. Alicubi etiam terram aluminoſam exhibet, è qua alumen & calchanthum quidam non ita pridem conficere cœperunt: qui cùm res minùs primò ſuccederet, nec præproperæ feſtinationi ſuæ reſponderet, ſpe omni depoſitâ, ut rudes & inexperti tyrones, ab incœpto deſtiterunt.

(4) ORDOVICES illi ſæpiùs in ſuperioribus provincijs, *Denbighienſi*, *Flintenſi*, & *Narvonenſi* nominati, hanc quoque Inſulam olim tenuerunt. Atque hæc quidem *Mona*, antiqua illa fuit & nobiliſſima *Britannorum Druydum* ſedes, qui exercitum *Romanorum* invadentium, (ut *Tacitus* prodit, noſque ipſi in ſexto libro ſeptimoque capite inſequentis hujus noſtræ hiſtoriæ retulimus) adeò perculere.

(5) Hanc gentem *Paulinus Suetonius*, imperante *Nerone*, primus quidem adortus eſt. In poteſtatem verò *Romani* Imperij redegit *Iulius Agricola*. Imperio autem *Romanorum* in *Britannia* jam declinante, retroque ſublabente, quidam ex *Hibernia* in hanc Inſulam furtim cùm irrepſiſſent, ſedes illîc ſuas poſuere: quod cùm ex quibuſdam tumulis foſsâ circundatis, quos *Hibernicorum* Caſulas vocant, colligere licet; tum à loco etiam *yn Hiericy Gwidil* ab *Hibernicis* denominato: qui duce *Sirigi*, ut literis proditum eſt, *Britannos* eò loci fuderunt. *Norwegi* etiam hanc Inſulam graviter infeſtârunt. Regis autem *Etheldredi* claſſis, anno Redemptionis humanæ milleſimo, Inſulam circumvecta, hoſtilem in modum ſupra omnes omnium vel *Hibernicorum* vel *Norwegorum* depopulationes, devaſtavit. Poſteà *Hugones* duo *Normannici*, alter *Ceſtriæ*, alter *Salopiæ* Comes, graviſſimè eam afflixerunt: quo ipſo tempore, *Magnus Norwegus* ad hanc claſſe appulſus, *Hugonem* illum *Ceſtrenſem* ſagitta transfixit, & Inſulam deprædatus diſceſſit. Deinceps etiam *Angli* graviter eam divexarunt, qui nunquam deſtiterunt eam ſubinde invadere, donec *Edoardo* primo regnante, tota in ipſius poteſtatem redacta fuit.

(6) Primarium hujus Inſulæ oppidum cenſetur *Bellus Mariſcus*, vulgò *Beau-Mariſh*, quod *Edoardus* ille primus in Orientali parte ejuſdem conſtruxit, & ob amœnum ſitum, quamvis paluſtri in loco, hoc nomine quod nunc gerit, inſignivit: (cùm priùs ille locus *Bonover* diceretur) Caſtroq; ſpecioſo munivit.

(7) Summus hujus oppidi Magiſtratus, Major eſt, qui annuus eligitur: cui in auxilium & miniſterium adhibentur duo Ballivi, duo item Servientes ad Clavam, & Communis Clericus. Quorum ſollicitâ induſtriâ, negotia & res oppidanæ ſedulò & ritè adminiſtrantur. Cujus Latitudo in grad. 54. Longitudo in grad. 15. & 45. minutis ponitur.

(8) Non longè hinc abeſt *Lhaan-vais*, ædes quondam Fratrum Minorum admodum celebris: quanquam hodie memoria ejus penè obliterata ſit. Antiquitas tamen eam magni nominis apud Reges *Angliæ* fuiſſe memorat, qui huic Conventui munificos ſe patronos præbuerunt, tam vitæ ſanctimoniâ ibidem degentium, quàm quòd eò loci corpora defunctorum quorundam eminenti gradu inſignium ſepulta fuerint, filiæ nimirum Regis *Ioannis*, filij Regis *Danorum*, necnon plurium Magnatum, Dominorum, Militum & Armigerorum, qui in bellis *Wallicis*, temporibus illuſtrium Regum *Angliæ*, occiſi fuerunt. Memorant hanc Inſulam multas olim villas & viculos, ad trecentos ſexaginta tres numero habuiſſe: hodieq; etiam admodum frequens incolis habitatur.

(9) Diviſio hujus Inſulæ ad res tam ad Coronam Regis, quàm ad ipſam regionem ſpectantes obeundas, ſex Centurijs diſtinguitur: in quibus duo ſedent oppida mercatoria, & ſeptuaginta quatuor divino cultui & honori paroeciales Eccleſiæ numerantur: prout in ſequenti Tabula ſerie Alphabeticâ digeruntur.

* Sc. *Taciti*.

Nomen.

Forma.

Dimenſio.

Cœlum.

Commoda.

Wallicum proverbium.

Lapides molares.

Alumen.

Priſci Incolæ.

Bellus Mariſcus oppidum.

Ejus Politia.

Lhaan-vais.

Diviſio Inſulæ.

ANGLESEY
Antiently called MONA. Described 1610

THE IRIS

TALYBOLLION HUNDRED

LLYFON HUNDRED

TWRKEL

HUNDRED

MALLTRA

HUND

Llanbaderik
Llanroderis
Amhwech
Llanuechell
Llanuaier
Guiger flu.
Llanfflewen
Mathhaman flu.
Llanrithlad
Rodigidio
Llanbab
Llanuaethly
Llanidan flu.
Alow flu.
Gronait
Llanydsant
Llanuaier Ygurradog
Llanuigell
Llan: Suorog
Chap. Yloughwrid
Llantrisent
Llanvaghreth
Chap. Lleaghgan: fernye
Holy Head
Llanllibio
Preceadduct
Caergubyc
Llanenghanell
Llandrogarn
Bodederen
Poutridpont
Llansanfraid
Dinas Wethen
Llanvaierinaybull
Bodivog
Kirghhiog
Hangles
Llanyhangel
Llaghhiullet
Trevalghmay
Llanbulan
Llanualeg
Llanaynwen
Inys Wealh
Chap. Maier
Chap. Talallyn
Llyn Corwan
Aberfraw
Treuedraith
Llangadwaladr
Llangwifen
Llanverian
Beddon
Newburg
Llanhoy
NORTH
WEST
EAST
SOVTH
SEA

Performed by Iohn Speed, and are to be sold in Popes-head alley by Iohn Sudbury and George Humbell. Cum Privilegio.

BEAUMARIS

A The Castell
B Castill stret
C Wexam stret
D Water Gat
E Wall stret
F Rotten Row
G Clay pitt lane
H Free Schole
I Market House
K Britons mills
L Britons Hill
M The Friery

A SCALE OF PASES

Hilary poynt
Gris Ligod
Llanelian
Llanwen: Lloyuog
Tryfylwin Hill
Chapell Ithon
YRKELYN
Dulas flu.
Llanihangel penrose
Llandouredok
Bodauon hill
Llannalthgo
Llanihangel trearber
Slanygrade
Coydana
HUNDR
Llanuater Inhaneringsythay
Tregayon
Llanbedor
Llanthufnam
Llanffynnan
Pennmoneth
Hardrauog
Llanredeuell
Redgynt
Gynt flu
Llannyhangle
MENEY
Llanthenyel vath
LLTRAETH
HUNDR
Hendregadog
Bodowerysba
Llangaffo
Bodowerucha
Llanuair vombo
Llangaynwen
HUNDRED
Treuarthin
Newburgh
Llanbowynwen
Menai Flu.
Caiernarvan
Llanyhangel
The Priorye
Llandona
Rowndraks Hill
Llangourday
Llanceaston
Pontuorid
S. Katerens
Llanuais
Llansadurne
Bewmaris
TYNDAYTHWY
Llandeguayne
HUND
Llandisilio
Llanwatergwin pull gingrill
Place Nowith
Menai flu.
Llanedwyn
Porthamble
Llanedan
Porthathu ferye
BANGOR
Llanaber
The Sound Mouthe
Sirian Chap
Prestholme Island
PART OF ARNAR VAN SHYRE
Abermenai ferye
Dmas Dynlle
Iodocus Hondius Celavit
Anno Domini 1610

THE SCALE OF ENGLISH MILES.
1 2 3 4 5 6 7 8

Tabula Alphabetica omnium Villarum, Fluviorum

locorumque inſignium in *Angleſeya.*

HVNDREDI in *Angleſeya.*

1. TAliboliou.
2. Twrkelyn.
3. Llyfon.
4. Malltrach.
5. Meney.
6. Tyndaythwy.

A

Aberfro, *Mall.*
Abermenai ferye, *Meney.*
Alow flu.
Amlwoch, *Twrk.*

B

BEWMARIS, *Tyn.*
Boddon, *Mall.*
Bodedrin, *Llyf.*
Bodmon hill. *Twrk.*
Bodower-vcha. *Meney.*
Bodowe-riſſa, *Meney.*
Bodwrog, *Llyf.*
Brant flu.
Brant flu.

C

Caergiby, *Taly.*

D

Dinas wethon, *Taly.*
Du'as flu.

G

Gronait, *Taly.*
Gweger flu.
Gynt flu.

H

Hardrauaie, *Meney,*
Hendregadog, *Meney.*
Hillary point. *Twrk.*
Holy-head, *Taly.*

I

Inys wealt, *Llyf.*
Inys lygod, *Twrk.*
Chapell Ithon, *Twrk.*

K

Saint Katherins. *Tyn.*
Keuenye flu.
Kirghniog, *Llyf.*

L

Llanallgo, *Twrk.*
Llanarghymeath, *Tw.*
Llanbabo, *Taly.*
Llanbadrig, *Taly.*
Llanbedor, *Tyn.*
Llanbeullan, *Llyf.*
Llanddniol-vab, *Meney.*
Llandegvayne, *Tyn.*
Llandru-um, *Meney.*
Llandona, *Tyn.*
Landou-rodok, *Twrk.*
Llandiſilio, *Tyn.*
Llandry-garn, *Llyf.*
Llandiſry-dog, *Twrk.*
Llaneaſton, *Tyn.*
Llanedwen, *Meney.*
Llaneigred, *Twrk.*
Llaneleth frenin, *Twrk.*
Llanelian, *Twrk.*
Llanfechel, *Taly.*
Llhanfinan, *Meney.*
Llanflewin, *Taly.*
Llangaffo, *Meney.*
Llangefin, *Meney.*
Llangnewin, *Meney.*
Llangriſtioles, *Mall.*
Llangourday, *Tyn.*
Llangoyhlog, *Mall.*
Llangwildog, *Llyf.*
Llangwyfen, *Mall.*
Llangyd-walader, *Mall.*
Langynwen, *Mall.*
Llanheneglos, *Mall.*
Llanllawen vawr yn. ros golyn. *Meney.*
Llanllibio, *Llyf.*
Llanridfel, *Meney.*
Llanrid-lad, *Taly.*
Llanroderis, *Twrk.*
Llanrwydrys, *Taly.*
Llanſadurne, *Tyn.*
Llanſanfraid, *Taly.*
Llauthowywer, *Men.*
Llanthufuam, *Tyn.*
Llanuachraith, *Taly.*
Llanuaethly, *Taly.*
Llanuaier vp wradige, *Twrk.*
Llanuaier, *Taly.*
Llanuaier eubroll, *Llyf.*
Llanuaier Inhanering-ſithay, *Tyn.*
Llanuair ycromwd, *Meney.*
Llanvaiergwin pull gingill, *Tyn.*
Llanuair yng-howrnyw, *Taly.*
Llanvailog, *Llyf.*
Llanvais, *Tyn.*
Llanuerion, *Mall.*
Llanuigail, *Taly.*
Llanuihangell, *Llyf.*
Llanuihangle ymhemros, *Twrk.*
Llanuihangle yskiwiog, *Mene.*
Llanuihangell tre iz bard, *Twr.*
Llanuwrog, *Taly.*
Llanwenll-wife, *Twrk.*
Llan yddey-ſant. *Taly.*
Llanyng-h ell, *Llyf.*
Llanyhangel, *Tyn.*
Llany tryſauit, *Llyf.*
Llech ryd, *Llyf.*
Llech-gyn farwy. *Llyf.*
Llinon flu,
Lloydearth, *Twrk.*
Lluidon, *Meney.*
Llyn Corran, *Mall.*

M

Chapell Maier. *Mall.*
Malltraeth flu.
Mathhanan flu.
Menai flu.

N

NEWBVRGH, *Me.* Place Newith. *Tyn.*

P

Penmynid, *Meney.*
Pentreath, *Tyn.*
Pontrid pont, *Taly.*
Pontuorid, *Tyn.*
Porthamble, *Meney.*
Porthathu-ferye. *Tyn.*
Precead-duet, *Llyf.*
Preſtholme Iſland, *Tyn.*
The Priorye, *Tyn.*

R

Redgynt, *Meney.*
Redigilio, *Meney.*
Ros beiro, *Twrk.*
Rown table hill, *Tyn.*

S

Saint Sirian, *Tyn.*
The Sound, *Tyn.*

T

Chapell Talallayn, *Mall.*
Talyllin, *Twrk.*
Treſdraeth, *Mall.*
Tregauon, *Meney.*
Treuarthin, *Meney.*
Trewalchmay, *Llyf.*
Tryſylwin hils, *Twrk.*

Y

Ycoedon, *Twrk.*
Chapell Yloughroid. *Taly.*

BRITISH MUSEUM 17 MY 1918

LIBER

TERTIVS:

GENERALEM

INSPECTIONEM SIVE CONSYDERATIONEM REGNI *SCOTIÆ*; COMITATVS *SEPARATIM DISTINCTOS, ET INSVLAS* IPSIVS, SECVNDVM ALIORVM OBSERVATIONEM DESCRIPTAS, CONTINENS.

VNA CVM

BREVI ET SVCCINCTA VARIARVM RERVM IBIDEM MEMORABILIVM NARRATIONE.

Authore IOHANNE SPEED.

LONDINI

Excudebat *Thomas Snodham*, impensis *Johannis Sudburie* et *Georgij Humble*, 1616.

Cum Priuilegio.

BRITISH MUSEUM

SCOTIÆ DIVISIONES.

REGNVM HOC OMNE IN DVAS PRÆCIPVE PARTES DIVIDITVR: BOREALEM, TRANSTAVM FLVMEN; ET AVSTRALEM, CIS-TAVM.

IN BOREALI.

REGIONES

1	*Loqhuabria.*	*Buquania.*	8
2	*Braid Albin*, ſive *Albania.*	*Moravia.*	9
3	*Perthia.*	*Roſsia.*	10
4	*Atholia.*	*Sutherlandia.*	11
5	*Anguſia.*	*Cathaneſia.*	12
6	*Mernis.*	*Strathna-verna:*	13
7	*Marria.*		

IN AVSTRALI.

REGIONES

1	*Vallis ad Tivium fl.* ſive *Teiſi-dale.*	*Kyle.*	10
2	*Merchia.*	*Cuninghamia.*	11
3	*Lodoneium.*	*Glota Inſula*, ſive *Arrania.*	12
4	*Vallis ad Lidam fl.* ſive *Lideſdale.*	*Vallis ad Cluidam fl.* ſive *Cluyidſdale.*	13
5	*Vallis ad Eſcam fl.* ſive *Eskdale.*	*Levinia*, ſive *Lennoxia.*	14
6	*Vallis ad Annan fl.* *Annandia* ſive *Annandale.*	*Stirlina*, ſive *Stirlinga.*	15
7	*Vallis ad Nidum fl.* ſive *Nidiſdale.*	*Fifa.*	16
8	*Gallovidia.*	*Strathernia.*	17
9	*Carricta.*	*Menteithia:*	18
		Argathelia.	19
		Caput Terræ, ſive *Cantiré.*	20
		Lorna.	21

SVBDIVISIO REGNI SCOTIÆ AD CIVILEM ADMINISTRATIONEM.

COMITATVS

Edenburgi.	*Aireæ.*	*Forfairæ.*
Lindi ſive *Linlithquo.*	*Butæ.*	*Aberdoniæ.*
Selkirkæ.	*Argatheliæ*, ſive *Argyle.*	*Bamffæ.*
Roxburgi.	*Tarbeti.*	*Elginæ.*
Peblis.	*Dunbartoni.*	*Forreſiæ.*
Berwici.	*Perthæ.*	*Narniæ.*
Lanarkæ.	*Clackmannaniæ.*	*Innerneſſi.*
Randvaræ, ſive *Reinfraw.*	*Kinroſs.*	*Cromartyæ.*
Dunfreis.	*Fifæ.*	*Orcadum.*
Wigtonæ.	*Kincardinæ.*	*Shetlandiæ.*

SENESCHALSIÆ { *Menteithiæ.* *Stratherniæ.* } { *Kircudbrighti.* *Annandiæ.* }

BALLIVATVS { *Kyle.* *Carrictæ.* *Cuninghamiæ.* }

CONSTABVLARIATVS { *Haddingtoniæ.* }

ALL
FOR
THE
BEST

TYPVS PRÆCLARI AC NOBILIS REGNI *SCOTIÆ*,
UNA CUM GENERALI VARIARUM RERUM IN EODEM MEMORABILIUM DESCRIPTIONE.

SCOTIA, alterum *Magnæ Britanniæ* Regnum, et Borealis Insulæ pars, ab Ortu, *Germanico Oceano*, à Septentrione, *Orcadibus* & *Deucalidonio Mari* præcingitur: ab Occasu, *Hiberniæ* objacet: ad Austrum, *Tueda* fluvio, *Cheviotæ* montibus, cũ adjacente tractu ad *Sulway* æstuarium pertinentibus, ab *Anglia* dirimitur.

(2) Regnum hoc & speciosum est & spatiosum, & à suprà dictis Australibus terminis latè se tàm in Orientem, quàm Occidentem dissendit, donec arctiùs ad Borealia usq; Promontoria se contrahat: omnibus celebritate tanti Regni dignis instructum tàm cœlo quàm solo, fluminibus, sylvis, montibus, piscibus, avibus, pecore, & frumento adeò fœlix, ut defectui aliarum regionum abundè supplendo sit.

Sunt autem *Scoti* ipsi, membrorum lineamentis & compage laudabili, corpore validi et robusti, animo fortes & generosi, in bellis audentes adeò et impavidi, vix ut ulla res præclarè gesta & prælium extiterit, in quo illi in acie & primi & postremi non fuerint. Nobiles qui sunt & clariori sanguine orti, literarum & omnis humanioris scientiæ admodùm studiosi: cujus causâ non modò tres illas tuæ Gentis Academias, *S. Andreæ, Glascuensem* & *Edinburgensem*, Pietatis seminaria, & sacrarum Musarum Mansiones sive Domicilia frequentes adeunt, sed etiam in exteras Regiones bonarum literarum ergô proficiscendi non vulgari studio capiuntur.

(3) Comitatus quos hoc Regnum habet multi sunt, & passim sparsimque Urbibus, Oppidis ac Burgis, uti et illi *Angliæ* distincti. Ac institueram quidem illud, sicut *Angliam* describere, ni præoccupatsset & fœliciter sanè præripuisset mihi hoc pensum, Nobilis ejusdem Gentis eruditus: qui accuratissimè hoc opus et inchoavit, & maximas illius difficultates jam emensus est. Cujus operi sic incœpto & quasi jacto fundamento superstruere, injurium esse censeo: tantúmque abest, ut ambitionis ullius studio, præclaris illius institutis officerem, nihil ut ex animo magis exoptem, quàm illa omni ratione promovere: summoq; desiderio percupiam, suâ operâ & industriâ aliam etiam quasi Scenam ad absolutam perfectionem *Britannici Theatri* gloriæ et splendoris, adjectam videre.

Timotheus Pont.

(4) Interea tamen, ne videar mihi ipsi in proposito ac instituto meo nimis defuisse, liceat mihi sine omni offensa, in hoc tertio licet perbrevi Libello, generalem quandẽ ejusdem Regni quasi orthographiam seu sciographiam potiùs ex aliorum observatione ob oculos ponere: cui ex mea ipsius diligenti perspectione fastigium imponere (si forté et alij defecerint, et mihi ipsi per plùs quàm ingravescentem & valetudinariam ætatem licuerit,) summe in votis est: præsertim cùm hoc probè sciam, multa & illa præclara monumenta, quibus hæc Insula instructa est, illis nobiscum communia esse: quos Deus Opt. Maximus sub unâ eademque Coronâ nunc posuit: eóq; magis quòd et eorum Incolæ (ut ita dicam Australiores) ab eadem Origine qua nos ipsi *Angli* oriundi sint, genuina peræq; ac nos *Saxonum* progenies: & *Picti*, olim illius Regni partem incolentes, indigenæ fuerint, & ipsi *Britanni*, ij *sc.* qui ad evitandam *Romanam* servitutem eo confugerint: Quorum quidem Nomina sub *Diocletiano* Imperatore primùm distingui cœperunt, cùm *Picti* ab inficiendo corpora sua perinde ac *Britanni*, *Flavio Vegetio* testante, dicti essent. Quod eo magis confirmatur, cùm *Britanni* etiam ipsi Septentrionales ad Christianam fidem à *S. Columbo* conversi, *Britanni Picti* vocentur.

Cambd. Britan. in descriptione *Pictorum.* *Angliæ Annales.*

(5) At verò superiores illi *Scotiæ* Incolæ, quos *Highland-men* appellant, veri *sc.* & nativi *Scoti*, à *Scythis* originem suam traxisse creduntur, qui conjunctis sibi *Getis Hiberniam* infestârunt, & sobolem ibi suam et mores reliquerunt, qui in Sylvestribus *Hibernis* in hodiernum usque diem apparent. A *Scythis* etiam, ut creditur, nomen *Scotorum* deductum est. Ita enim *Belgæ* sive *Germani* inferiores, *Scythas* & *Scotos* uno nomine *Scutten* appellant. *Gildas* itidem *Hiberno Britannos Scythas* vocat: *Ælfredus* etiam Rex, dum *Orosij* Historiam in *Anglicam* linguam transferret, *Scotos* in *Scyttan* convertit. Atq; uti, authore *Walsinghamio*, ijdem dicuntur *Getæ, Getici, Gothi, Gothici*: sic ab eadem origine, *Scythæ, Scythici, Scoti, Scotici* appellantur.

(6) Mores utrisque consimiles & *Diodorus Siculus* & *Strabo* affirmant: nec vestes multùm dissimiles: ut è *Sidonio Apollinari* colligere licet: ubi nostræ ætatis Sylvestrem *Hibernum* potiùs quàm antiquum *Getam* describere videtur. Hujus tamen Gentis primordia deducunt quidam à *Scota Pharaonis Ægyptij* Regis ementita filia, quæ *Mosen sc.* sustulit eduxitque: quæq; pòst *Gaithelo* filio *Cecropis* qui *Athenas* condidit, enupta fuit. Hic autem cùm in *Hispania* primùm sedem suam posuisset, inde in *Hiberniam* ac demùm in *Scotiam* commigravit; ubi conjux sua *Scota*, nomen Genti indidit: si illis fides habenda sit, qui ad Lunam collimantes, scopum attingere videri velint.

(7) *Scythas* autem in *Hispaniam* venisse, præter *Scythicum* de suo nomine Promontorium, *Silius Italicus* ex *Hispania* oriundus docet: CONCANOS enim gentem illic politam, è *Massagetis*, i. *Scythis*, procreatos ostendit: & *Sarmatas*, quos inter omnes constat *Scythas* fuisse, *Susanam Hispaniæ* Urbem constituxisse ait. Qua ratione ex *Hispania* in *Hiberniam* transmiserint, eamq; sui juris fecerint, eo ipso tempore quo *Judæ* Regnum floruit, & *Ninius Eluodugi* discipulus planè scripsit; & *Hibernicæ* ipsæ Historiæ de *Nemetho* & *Dela*, præter *Usheri* & aliorum authoritatem, produnt. Quos quidem nomine *Scotorum* primitùs cognitos fuisse, è *Porphyrio* (quem Beatus *Hieronymus* citat) Imperante *Aureliano* colligitur. *Gildas* eos, ex *Hibernia Grassatores* nominat: *Giraldus, Scoticam Nationem ex Hibernia oriundam*: quæ ipsorum ratione ab *Eginhardo, Insula Scotorum*: à *Beda, Insula Scotis habitata*: ab alijs Historicis, *Scotia Magna*, uti eorum in *Britannia* sedes, *Scotia Minor* dicta est. *Beda lib. 1. cap. 1.*

(8) Hij igitur *Scoti, Romanorum* Imperio plùs quàm divergente, *Reuda* duce in *Britanniam* irruperunt: qui societate cum *Pictis* inita, Borealem Insulæ partem occupârunt, ijsque contra *Britannos* à *Romanorum* discessu jam nutantes & labescentes, auxilio fuerunt. Postèà verò, intestinis inter se dissidijs exortis, se suasque fortunas omnes in unius diei prælijq; aleam conjecerunt: qua in pugnâ Ann. 740. commilà, *Picti* & vitâ primùm, & nomine prorsus suo paulò pòst exciderunt. *Scoti* autem debellatis jam *Pictis*, & Fortunæ beneficio victores, in tantam gloriam & potentiam Regnum evexerunt suum, ut multis jam seculis invictum contra omnes omnium hostium impressiones atq; impetus perstiterit.

(9) Australis *Scotiæ* pars in *Gallovidia*, quam *Sinus Solwayus* undis alluit, Latitudine grad. 56. attingit: inde verò, multis & Lacubus, & Maris recessibus in se insinuatis, ad 60. grad. & 19. minut. se extendit. Cujus Longitudo itidem inter grad. 13. & 19. posita est. Quà autem Arctum versus, in angustias sese contrahit, ad Borealem Polum ita propè accedit, ut directè ad perpendiculum, sub postremis *Maioris Vrsæ* Stellis subjiciatur.

(10) *Scotia* omnis in duas præcipuè partes, *Taio* flumine intermeante, dividitur. Australis (quæ *Cis-Taiana*) & frequentiùs habitatur, & moribus, divitijs ac humanitate excultior. Borealis, sive *Trans-Taiana*, agrestior & rudior, mores etiamnum *Sylvestris Hiberni*, genuini & prisci *Scoti*, resipit retinetque. Utriusque autem Regionis hij sigillatim Comitatus sequuntur.

Australis.

Vallis ad Tivium flu. sive *Teisidale.*	*Vallis ad Nidum flu.* sive *Nidisdale.*	*Levinia*, sive *Lennoxio.*
Merchia.	*Gallovidia.*	*Stirlina* sive *Stirling.*
Lodoneium.	*Carricta.*	*Fifa.*
Vallis ad Liddam flu. v e *Lidisdale.*	*Kyle.*	*Strathernia.*
Vallis ad Escam flu. sive *Eskdale.*	*Cunninghamia.*	*Menteithia.*
Vallis ad Avnan flu. sive *Anandale.*	*Arrania*, sive *Glosa Insula.*	*Argathelia.*
	Vallis ad Cluidam flu. sive *Cluidsdale.*	*Caput Terræ*, sive *Cantire.*
		Lorna.

(*linga.*)

Borealis.

Loquhabria.	*Atholia.*	*Buquhania.*	*Cathanesia.*
Braid-Albin, sive *Albania.*	*Angusia.*	*Moravia.*	*Strathnaverna.*
Perthia.	*Mernia.*	*Rossia.*	
	Marria.	*Sutherlandia.*	

(11) Atque illæ regiones denuò subsecantur in Vicecomitatus, Seneschalsias et Ballivatus, plurima ex parte Honoratis familijs hæreditario jure annexæ. Quod autem ad Jurisdictionem Ecclesiasticam attinet, duobus Metropolitanis Archiepiscopis subjicitur, S. *Andreæ*, qui et Primas *Scotiæ*, et *Glascoensis*: Quorum Diœceses distinctim hoc ordine subsequuntur.

S. Andreæ.

Dunkeldia.	*Brechina.*
Aberdonia.	*Rossia.*
Moravia.	*Cathanesia.*
Dunblana.	*Orcades.*

Glascoensi.

Gallovidia.
Argathelia.
Insulæ.

THE KINGDOME OF SCOTLAND

James King of Great Britain, Fraunce & Ireland.

Henry Prince of Wales & Ireland

THE DEUCALIDON SEA

C. Wrath or Faro head

Rona Iland

LEWYS

The Yles of Hebrides Caled of Pliny Hæbudes, of Beda Meuaniae

Assin Shire

Loquhaber

Argile

Broad Albayn

SKYE

Euist

Trantinis

Flodda

Allawrik

Ellan Ronan

Cannay

Muk

Ila

Iland

Sura

Jura

Arran

THE IRISH SEA

PART OF IRELAND

THE SCALE OF SCOTISH MILES

10 20 30 40 50

9 10 11 12 13 14 NORT

56 57 58 59 60 WEST SOU

Pinthland firth
Pinthland Skerrys
Sownas
Dunesbe head
Freſick caſt
Reis
Arckyrgyll caſt
Caſnes
Weik
Old Weik
Neſs head
Dunbeith Caſt
Haridaile caſt
The Ord head
Tarbartneſs
Tarbart
Dunrobin caſt
Unis flu
Dornoch
Cromarty flu
Rosse
Ardmanoth
Lower caſt
Invernes
Urquhart caſt
Lochnes
Glennan
Urquhart
MURAY
Tala
Boan caſt
Ranive
Petty
Calder ca
Soilles
Kenny
Kylrae caſt
Ardyrſeir
Narden
Torrway caſt
Rosſemark
Elgin
Killos abb.
Forres
Innes I.
Aynzia
Boggichre ca.
Boena
Keytz
Rothemay caſt
Strathbogy
BUQUHAN
Froumartena
Fyvy pal. Peter Polls
Skarra
Fovern Skeyrcra
Fovern caſt
Aberdone
New Aberdone
Dee flu
Mofutak
Red head
Lunen flu
Arbroth ab.
Kinkell
Gare oth
Drumm
Kildrumy
Drymmenor
Strathdon
Clait
Brethin
Kennabor
Montroſs
Old Montroſs olim Colurta
Fynnevin caſt
Forfar
Dun
Fan more
South Eſk flu
North Eſk flu
Mernia
Glenbarry
Arbuthnet
Dunnotyr ca.
Barry
Kingoldrum
Kingarth
Abboulthme
Pettycarn
Fettercaſſe
Lowy
Marria
Anan
Scarſchioch
L. Mink
Badgenoth
Badgenoth
Leanny
Broad Albayn
Atholе
Strath Amond
Dunkell
Strath Erne
Perth
Inche Chaſra
Harpaſra
Elpſton
Drumyel ca
Groar
Ancha
Kinfauns
Kynnard
Lochlevin
Levin ca
Fife
Fife neſs
S. Andres
Bambrithis
Lundores
Cupar
Abernithy
Dyſart
Kirkcaldy
Burntiland
Aberdour
Dunfermling
Abbay
Culros
Tulliallan
Clackmannan
Dumferme
Kincardin
Kincardin
Kincardin

Inter alia quæ antiquitatis memoriam ſuo jure vendicant, memorabilis eſt imprimis Prætentura illa, quæ ab *Abercornia* juxta *Glottam* æſtuarium, ſive *Edenburgi* fretum, ad *Alcluid* ſive *Bodotriam*, quæ nunc *Dunbriton*, & in Occidentalem Oceanum patet, perducta eſt : ubi *Iulius Agricola Romani* Imperij limitem poſuit : ultra quem, non alij *Britanniæ* termini quærendi erant. Hic autem, ſecundam Legionem *Auguſtam*, & viceſimam Legionem *Victricem*, partem Muri duxiſſe, quædam Inſcriptiones eò loci effoſſæ, & ad *Dunloyr* & *Cader* reſervatæ, teſtantur : uti etiam antiquum ſatis loricatum Monumentum, editiori ſitu, & orbiculari forma : quod quidam Templum Deo *Termino* conſecratum fuiſſe volunt: alij Tropæum quoddam à *Carauſio* excitatum, qui hunc ipſum Murum ſeptem Caſtellis, *Nimio* authore, firmavit.

(12) Hoc in loco, *Sylva Caledonia* ſe primùm oculis offert, candidis Tauris ſylveſtribus quos aluit, nobilis; denſis criſpiſque jubis, Leonum inſtar, veſtitis, ijſdemque feris & truculentis, adeoque ab humano genere alienis, ut quæcunque homines vel manibus attrectaverint, vel halitu afflaverint, abhorrerent. Quæ Sylva ſive Saltus, olim longè lateque diffuſa, multis flexuoſis anfractibus invia, proceris arboribus opaca, antriſque umbroſis ac latibulis, formidoloſa fuit : ita *Romanis* Scriptoribus celebrata, ut pro *Britannia* univerſa, *Caledoniæ* nomen uſurparint. Hujus Tractus Incolæ, noviſſimi hujus Inſulæ colla jugo ſervitutis, uti in ſequenti Hiſtoria videbitur, ſubmiſerunt.

(13) *Ninianum Britannum* Auſtrales *Pictos* Chriſtianâ fide primùm imbuiſſe, *Theodoſio* juniore imperante, & Scriptores produnt, & Templum ſui nominis in *Gallovidia* teſtatur. Eodem etiam ſeculo, *Palladius* à *Cœleſtino* Papa miſſus, & Apoſtolus *Scotis* deſtinatus eſt : cujus reliquiæ, ad *Fordon*, in Regiuncula quæ *Mernis* dicitur, ut creditum eſt, repoſitæ fuere. Chriſtianam verò Religionem in hac ultima Provincia ante hoc tempus plantatam fuiſſe, *Tertullianus* teſtis eſt : qui ait *Britannos* fidem amplexos fuiſſe ultrà quàm *Romani* armis vel aſſequi vel perſequi potuiſſent: unde *Petrus* etiam *Cluenſis* Monachus *Hiſpanus*, converſionem eorum, antiquiorem quàm illam Auſtralium *Britannorum* fuiſſe, confirmat.

(14) Quod ad res recentioris memoriæ, & in præſenti obſervandas attinet; mirandum eſt quod de pecoris piſcium, & avium abundantiâ hîc degentium vulgò fertur. Boum genus corpore quidem exiguum, ſed gregibus & armentis numeroſum. Piſcium autẽ tanta copia eſt, ut alicubi accolæ animi causâ, jucundo ſpectaculo, Equites haſtis Salmones venentur. Volatilium etiam marinorũ quoddam genus, anſerum præſertim, quos *Soland-Geeſe* vocant, ſua multitudine (ut ferunt) aëris regionem ita occupant, ut in ſerenitate Solem ipſum vel adimant vel obſcurent : quorum è carne, plumis & oleo, incolis, quibuſdam in locis, multum lucri magnuſque uſus accreſcit : è piſcibus etiam, quos adferunt recentes, de cibo & victu ; è ramuſculis etiam, quos ad nidos conſtruendos convehunt, de ignis alimento proſpectum illis eſt.

(15) Inter hæc, liceat mihi de inſignioris notæ duobus lacubus, tanquam de miraculis dicere, *Lomundo* & *Leſſa*; quorum hic intenſiſſimis per hyemem frigoribus nunquam glacie conſiſtit ſive concreſcit : illius autem aquæ ſudiſſimo ac ſereniſſimo cœlo, ſæviunt maximè. In quo, Inſula quædam fluitans hinc inde movetur, prout ventus ſpongioſum ipſius corpus & ſolutum impellit. In *Buchania* etiam, ad *Ratræ* fluvij ripas, fons eſt, cujus aqua guttatim diſtillans, in ſolidos pyramidali forma lapillos vertitur : uti & alius juxta *Edenburgum*, cui innatat bitumen. In *Deva* & *Dono* fluminibus, præter admirabilem *Salmonũ* copiam, è piſcium genere *Concha* eſt, *Equinam Concham* vocitant; in qua Margaritæ generantur medicis ſummo in pretio ob ſalutarem virtutem: quarum nonnullæ adeò perlucidæ ſunt, ut bonitate ne ſelectiſſimis quidem ab Oriente petitis concedant.

(16) Nec minùs admiranda quàm quæ de antè memoratis aquis feruntur, ſed miſeranda magis memoria ingentis illius alluvionis ex repentino *Tai* incremento; qui torrentior ſolito præcipitem *Bertham* Urbeculam cum mœnibus, unáq; cunas & tenellum Regis *Guilielmi* filiolum in Mare abripuit: in quo Regius ille infans multiq; alij mortales perierunt : parumq; abfuit, quin ipſe Rex cum Aulicis ſuis eadem clade ſublati eſſent. Ex hujus Oppidi projecto et deſolato cadavere, aliud celebrius & commodiore ſitu, *Perthum* excitavit idem Rex; quod Poſteritas *Ioannis* Oppidum appellavit.

(17) Inſulæ tàm Majores quàm Minores quæ huic *Scotorum* Regno et ornamento ſunt & parent, cenſentur Occiduæ illæ [*Hebrides*] *Orcades* etiam et *Shetlandiæ*, numero omnes ſupra trecentas : quarum Incolæ maxima ex parte antiqua *Scotorum* frugalitate & parſimonia utuntur.

* *Hebrides.*

(18) Quod ad Occiduas* illas attinet, quæ ſparſim in *Deucalidonio* Mari jacent : antiquitùs ſuo Regi paruerunt. Rex ipſe, ſuum nihil habuit, verùm è publico alebatur : Regalis autem Authoritas ſive poteſtas lineali ſucceſſione ad neminem devolvitur. Cui ut præventum ſit, cautum lege eſt ut Regi non detur fœmina propria: ſed ut in quamcunque commotus fuerit uſuriariam ſumeret. Conſimilis huic Lex in alijs etiam *Scotiæ* partibus invaluerat, nimirum ut novarum omnium nuptarum virginitas Dominis Feodi tanquam præda prælibanda cederet : Donec *Malcolmus* Rex aliam Legem tulit, ut dimidiatâ mercâ hoc quicquid eſt vel damni vel incommodi redimeretur. Illorum prædictarum Inſularum Regum præcipua ſedes fuerat, in *Ila*, *Bunals* et *Iona*, quæ nunc *Columbs-kill*, quaſi *Columbi Cella* dicitur : in qua (ut *Donaldus Munco* qui has Inſulas peragravit, refert) tres tumuli ſive ſepulchra conſpiciuntur, ſuis Epitaphijs ſive Inſcriptionibus inſignita, Regum *Scotiæ*, *Hiberniæ*, et *Norvegiæ*.

Hector Boet. lib. cap. 12. A Rege Edwino 3. lata.

(19) Inter has Occidentales Inſulas *Hebridas*, *Skie*, *Mula*, *Ila*, & *Arran* maximæ ſunt. Omnes illæ quidem, frugibus, Sylvis, Salmonibus et Halecibus : ſicut aliæ Cuniculis, Damis, Equis, et Ovibus abundantes. Ubi in quibuſdam ſylveſtres ſunt, in alijs verò Dominos neſciunt. Plebs ipſa humanitatis et religionis omnino expers, vitam potiùs ut neceſſitati tantùm ſuccurratur degentes, quàm ut ſuarum rerum Domini, quas Deus illis ſortitò dedit : et tolerabili quodam in otio, ambitionis neſcij, illius fruuntur vitæ et commodis et oblectamentis, quæ alij quidam (licet ea non admodùm ſuperent) ad præcepta Philoſophiæ majore cum labore aſſequuntur : nam competenti modo citra omnẽ exceſſum paſti, quod ſupereſt omne ad Dominos ſuos referunt; quod idem et Incolæ *Hirtani* ac *Ronani* factitant. Sed proh dolor, cũ nulla inter eos Religio cognita ſit, virtutes hæ quæ penuriã et parſimoniam ſapiunt, ſunt *Chami* illius execrationes et maledictiones potiùs quã *Chriſti* imitamẽta, qui vetat nos de craſtino nimis eſſe ſollicitos.

(20) *Orcades* Inſulæ Boreali *Scotiæ* Regioni in ſæviſſimo ac ſummè procelloſo Mari objectæ, triginta tres plùs minùs numero cenſentur : quarum tredecim habitantur: reliquæ pecoribus oppletæ ſunt : In hijs nec Serpens venenoſus, nec tetra ulla beſtia degit. Cœlum ſubtile ac ſalubre: ſolum Avenam tantùm et Hordeum ferendo aptum eſt : Lignorum verò, ſive arborum omnino indigum. Ex hijs *Pomonæ* maxima et primaria eſt, Continens habita, unde et *Mainland* dicta : ſex Plumbi atq; Stanni Mineris dives, et in præcipuo illius Oppido ſedes Epiſcopalis conſtituta eſt: In ea duodecim parœciales Eccleſiæ numerantur: ac una quidem ex illis pro regione adeò remota, ſanè magnifica.

(21) *Romanorũ* primus, *Iulius Agricola Orcades* et invenit et domavit, ſi *Tacito* fidem habeamus: ſed *Pomponius Mela*, qui triginta ante illum annos ſcripſit, earum meminit; *Iuvenalis* etiam, *Hadriano* pòſt imperante, nobis refert, *Romanos* eas ſubjugaſſe : *Caudianus* denique, *Saxones* quoſdam in illis interfectos memorat. *Nimio* itidẽ *Octham* et *Ebiſſum Saxonum* duces diſertè nominat, qui è Cyulis ſive Myoparonibus ſuis *Orcadas* devaſtârunt. Has Inſulas *Donaldus Bann*, qui *Scotiæ* Regnum occupaverat, *Norwegiæ* Regi, ut ei opem ferret, donavit. *Norwegiq*, eas centum et ſexaginta annos tenuerunt, donec de *Magno* ejus nominis Quarto Rege *Norwegorum*, *Alexander* tertius Rex *Scotorum*, quà vi et armis, quà pacto et conditionibus, recuperavit. Quod *Haquinus* Rex poſteà *Roberto Bruce* confirmavit. Poſtremò verò, *Chriſtianus* primus Rex *Norwegiæ* et *Daniæ*, cùm filiam ſuam in uxorem daret *Scotorum* Regi *Iacobo* tertio, omni jure ſuo in illas Inſulas ceſſit, et in generum ſuum tranſtulit : ad cujus facti ſolidius firmamentum, Pontificis *Romani* acceſſit Confirmatio : qui ſua ipſius, ſi Dijs placet, clave aditum ad Regnorum poſſeſſiones aperit.

(22) Magis in Septentriones et ulteriùs quàm quòd hæc Charta Chorographica ſatis commodè oculis exhibere potuit, Inſula *Shetlandia* poſita eſt : quam *Thulen* Inſulam quidam exiſtimant, et Commentariorum in *Horatium* Author *Fortunatam* eſſe voluit : ubi ut *Tzetzes* fabulatur, animæ bonorũ defunctorũ in *Elyſios* Campos ſemper virentes tranſportantur: unde *Iulius Cæſar*, ut *Muretus* ſcripſit, ægrè potuit retrahi. Hujuſmodi autem figmenta hoc ſolùm innuerunt, animas *ſc.* mortuorum virtute præditas, emenſis ultimis terrenæ omnis manſionis finibus, in jucundiſſimæ quietis ſive otij loca, et ſemper florentis fœlicitatis, conceſſiſſe. Quod an à Paradiſi deſcriptione, quæ tã pro amœniſſimo horto quàm pro beatiſſima animarũ requie concipitur, mutuati fuerint, ſtatuere non poſſum. Sed certè, campos illos perpetuò virentes nunquã feciſſent, ſi glacie obductos et nivibus ſemper incanos vidiſſent; cùm in Latitudinis grad. 63. ut *Ptolemæus* ſtatuit, ſitæ ſint: ubi ut plurimùm hyems perpetua eſt. Sed in argumentum, hanc *Shetlandiam* ipſiſſimam fuiſſe *Thulen*, præter *Ptolemæi* poſituram, *Saxo* etiam *Grammaticus* citatur : qui eam inter *Norwegiam* et *Scotiam* collocavit : et *Solinus*, bidui navigatione à *Caledoniæ* Promontorio. *Tacitus* etiam *Thulen* à *Romanis Britanniam* per *Orcadas* circumnavigantibus diſpectam procul fuiſſe dicit : et poſtremò *Mela Bergæ* Urbi *Norwegiæ*, objectam eſſe affirmat.

11 MY 1918 BRITISH MUSEUM

LIBER QVARTVS:

REGNVM HIBERNIÆ Continens.

CVM

EXQVISITA CHOROGRAPHICA DIMENSIONE PROVINCIARVM ILLIVS: AC EARVNDEM IN SVOS DENVO DISTINCTIM COMITATVS DIVISIONE.

VNA CVM

SVCCINCTA TAM ILLIVS GENTIS QVAM TOTIVS INSVLÆ COMMODORVM DESCRIPTIONE.

Authore IOHAHNE SPEED.

LONDINI

Excudebat *Thomas Snodham*, impensis *Johannis Sudburie* et *Georgij Humble*, 1616.

Cum Priuilegio.


DIEV ET MON DROIT

Singuli cuiuſque e quatuor HIBERNIÆ PROVINCIIS COMITATVS, PROVT HODIE ET DIVIDVNTVR, ET SVIS LIMITIBVS CIRCVMSCRIBVNTVR.

In MOMONIA Comitatus ſunt
- *Limericenſis.*
- *Kerrienſis.*
- *Corcagienſis.*
- *Waterfordienſis.*
- *Deſmonienſis.*
- *S. Crucis Tipperarienſis.*

In LAGENIA Comitatus ſunt
- *Midia Orientalis.*
- *Midia Occidentalis.*
- *Kilkennienſis.*
- *Caterloghenſis.*
- *Reginæ Regis* Comitatus.
- *Kildarienſis.*
- *Weisfordienſis.*
- *Dublinenſis.*

In CONNAGHTIA Comitatus ſunt
- *Clariæ*, ſive *Twomondiæ* ſive *Toamenſis.*
- *Galwaienſis.*
- *Maio.*
- *Slego.*
- *Letrim.*
- *Roſcoman.*

In VLTONIA Comitatus ſunt
- *Donegallia*, ſive *Conallea*, vulgo *Tyr-Conell.*
- *Tyr-Oenenſis ſuperior.*
- *Tyr-Oenenſis inferior.*
- *Fermanagh.*
- *Cauon.*
- *Monaghan.*
- *Colran.*
- *Antrim.*
- *Dunenſis.*
- *Luthenſis.*
- *Armachanus.*
- *Loughenſis.*

DIEV ET MON DROIT

Singuli cuiuſque e quatuor HIBERNIÆ PROVINCIIS COMITATVS, PROVT HODIE ET DIVIDVNTVR, ET SVIS LIMITIBVS CIRCVMSCRIBVNTVR.

In MOMONIA *Comitatus ſunt*	*Limericenſis.* *Kerrienſis.* *Corcagienſis.* *Waterfordienſis.* *Deſmonienſis.* *S. Crucis* } *Tipperarienſis.* }
In LAGENIA *Comitatus ſunt*	*Midia Orientalis.* *Midia Occidentalis.* *Kilkennienſis.* *Caterloghenſis.* *Reginæ* } *Comitatus:* *Regis* } *Kildarienſis.* *Weisfordienſis.* *Dublinenſis.*
In CONNAGHTIA *Comitatus ſunt*	*Clariæ*, ſive *Twomondiæ* ſive *Toamenſis.* *Galwaienſis.* *Maio.* *Slego.* *Letrim.* *Roſcoman.*
In VLTONIA *Comitatus ſunt*	*Donegallia*, ſive *Conallea*, vulgo *Tyr-Conell.* *Tyr-Oenenſis ſuperior.* *Tyr-Oenenſis inferior.* *Fermanagh.* *Cauon.* *Monaghan.* *Colran.* *Antrim.* *Dunenſis.* *Luthenſis.* *Armachanus.* *Loughenſis.*

ALL
FOR
THE
BEST

HIBERNIA, PROVT OLIM ET HODIE HABITATVR; SITVS ET COMMODA INSVLAE, DESCRIPTA ET ILLVSTRATA.

Quibus olim nominibus *Hibernia* dicta fuit.

MVlta & varia pro temporum ratione nobilis hujus Insulæ nomina Scriptores nobis tradiderunt; nullum autem vel probabilius, vel propius ad veritatis speciem accedens, quàm quod ab *Orpheo*, *Aristotele* & *Claudiano* proditur: quibus IERNA dicitur. *Iuvenali* ac *Mele* IVERNA: *Diodoro Siculo* IRIS: *Martiano Heracleotæ* IOYEPNIA: *Eustachio* QYERNIA et BERNIA: Indigenis Incolis ERYN: *Britannis* YVERDON: *Wallorum* Bardis, suis in Canticis, TIRVOLAS TOTIDANAN et BANNO, et *Anglis* IRELAND. Unde autem hæc nominum diversitas profluxit, multæ et variæ opiniones natæ sunt. *Hibernia*, *Iuverna*, et *Ouernia*, proculdubio ab *Orpheo* et *Aristotele Ierna*: atque hæc *Ierna*, uti et *Iris*, *Yverdon* et *Ireland*, ab *Erin* Incolarum usitato nunc nomine dimanârunt. Ab *Erin* ergo gentis vocabulo, originem defluxisse veri similimum est.

Eulogium.

2 Quidam *Hiberniam* ab hyberno tempore deducunt: alij ab *Hibero* homine *Hispano*: ab *Irnalpho* duce alij: alij rursùm ab antiquo flumine *Ibero*. Nec desunt, qui ab *Hiere Hibernica* dictione, quæ illis Occasum sive Occidentalē plagā sonat: unde *Erin* etiam, quasi Occidentalis regio, probabili sanè argumento defluxisse videatur: Totius enim *Europæ* regio est ad Occasū remotissima: fluviúsq; maximè hujus Insulæ Occidentalis, *Ptolemæo* dicitur *Iernis*: sicuti ultimū *Hispaniæ* ad Occidentem Promontorium unde *Hibernici* nostri devenerūt, *Iérne Straboni*: uti et proximū illi flumen, *Melæ Ierna* nominatur. Ab Occiduo etiam hoc situ *Hespania* ipsa dicta est *Hesperia*. Illud itē Occidentale *Africæ* promontoriū, *Hesperiū Cornu*; ac in *Germania*, *Westrich* et *Westphalen* regiones, ab Occidentali earū situ denominata sunt omnia. *Postelius*, qui suam potiùs opinionē, quām aliorū judiciū sequutus est, originem *Hiberniæ* ab *Hebræis* repetit, ut sit *Irin*, quasi *Iurin*, i. *Hebræorū* sive *Iudæorū* terra. Cujus opinionē saniorem non censeo, quâ illā de *hyberno tempore*, et brumescentibus procellis, quâvis in hac Insula aër ex omni vento quasi hyemescat.

Ptol. Geogr. ca. 1.

In publicis suis *Lutetiæ* in *Pomponium Melam* prælectionibus.

3 *Festus Avienus* in Libello suo illo, cui Titulum fecit *Ora Maritimæ*, *Hiberniam Sacrā Insulā* vocat: cui opinioni facilè suffragatur vulgus cùm ob plures Sanctos quos hæc Insula produxisse dicitur, tùm ob beatum soli ingenium, in quo nullum animal venenatum vitale est. *Plutarchus* per *Orygiam* suam, *Hiberniam* designasse videri possit, ob ipsius *sc.* antiquitatem. Citeriori etiam seculo *Isidorus* & *Beda Scotiam* eam appellârunt, à *Scotis* illius Incolis, undè et *Scotiæ* nomen cum *Scotis* ipsis in *Britanniam* penetrâsse volunt.

Nulla venenosa in *Hibernia* bestia.

Hibernia Scotia dicta.

4 Magnitudine et circuitu, olim inter omnes orbis terrarū tū cogniti Insulas, tertium sibi locū hæc Insula vendicavit, sic enim de Insulis antiqui Geographi nobis prodiderunt: Inter Insulas, primas fert *Taprobane Indica*; post eam, *Britannia*; tertia est *Hibernia*: unde *Ptolemæo Britannia minor* dicitur. Utcunq; autem *Strabo* non longiorem quàm latiorē hanc Insulā; alijq; formâ ovali esse prodiderunt; recentiori tamen dimensione longè secùs compertum est: longitudinem videlicet dupla proportione latitudinem excedere: et anteriori Ursæ cruri (absit comparationi invidia) assimilari potest. Gujus latus Orientale *Hibernicū* illud turbulentum ac procellosum mare habet, quod diviso alveo sive canali suo, *Angliam* et *Hiberniam* intersecans pulsat: Occidentale Occiduo immenso Oceano alluitur: Boreale *Deucaledonio*: & Australe *Vergivio* Mari urgetur.

Hibernia amplitudine suâ inter omnes olim Insulas, tertium obtinuit locum.

Dimensio & forma.

Limites.

5 Cœlū hac in Insula amœnitate et salubritate laudabile est: quamvis non æquè ac in *Anglia* purus et subtilis aër sit: et ad maturanda semina sive fruges, ut ait *Mela*, iniquior: Solo autē ita gratus et amicus aër est, ut herbâ sive gramine non virenti modò et læto, sed perdulci etiam omni pecorū generi luxuriet. Hyberno autē tempore ventis idem magis quàm nivibus obnoxius est: et ut *Giraldi* verbis utar, *Terra est terrarum temperatissima, nec Cancri calor exæstuans compellit ad umbras; nec ad focos Capricorni rigor invitat, aëris amœnitate temperieq;, inter tolerabile frigus & mitem calorem, tempora ferè cuncta mitescunt.*

Cœlum.

(6) Regio sive terra (ut *Cambrensem* audias) inæqualis est, montuosa, sylvestris et sylvosa, aquosa et mollis, adeoq; paludosa et lacustris, ut supra montes editiores aquas stagnare videas. Ex hoc tam cœli quàm soli humore nimio, omnibus in locis advenæ primo adventu periclitantur, ventris profluvio, dysenterijs & catarrhis obnoxij: ad quæ tamen sistenda, salubrem quandam *Aquam vitæ* habent, *Vske-bah* vocant, quæ exsiccat magis, minusque inflammat, quàm multæ aliæ confectiones calidæ & aromaticæ.

Solum.

Incommoda.

(7) Præcipuæ hujus regni commoditates in pecoribus consistunt: quibus gramen adeò dulce est & luxurians, ut si ad libitum pascendo se impleant, saturitate nimiâ citò laborent. Ovium greges plurimi sunt, non tamen optimis vellebribus illæ vellera sunt: quotannis eas bis tondent, & è rudi lana quam præbent, lænas sive villosa saga & stragula conficiunt, quæ inde ad exteras gentes deferuntur. Equi item (*Hobies* nos *Anglicè* vocamus) optimi sunt & multùm expetiti, *Asturconibus* illis ex *Hispania* comparandi. Apum tanta multitudo, ut non solùm in alvearijs, sed etiam arborum truncis, & terræ cavernis, rupiumque fissuris reperiantur. Nullus hîc noxius anguis, ac ne venenatum quicquam: utque uno verbo dicam, nihil hic vel ad utilitatem vel voluptatem desit: ut non malè dixerit *Giraldus*, *Naturam hoc Zephyri regnum benigniori oculo respexisse.*

Pompon. Mela.

Equi.

Apes.

(8) Quod ad hujus speciosæ Insulæ ab ipsa primæva origine Incolas attinet, si fides suis ipsorum historicis adhibenda sit, præ illis omnis omnium gentium antiquitas novitas est & quodammodo infantia. *Cæsaream* quandam virginē *Noachi* neptim ante Diluvium hanc reperisse affirmant: & trecentesimo post Diluvium anno, cùm *Iapheti* progenies & posteritas in has occiduas mundi plagas advenisset, *Bartholanum* quendam ex ejus stirpe & è *Scythia* oriundum, cùm ex recenti *Nimrodi* successu animum sumpsisset, (qui jam *Syriæ* Monarchiam invaserat) pererrando usque adeò in occasum provectum fuisse, ut tandem (Fortunâ Duce) ipse cum suis in *Hiberniam* classem appulerit. Ibi autē cum tribus filijs suis, *Languinna*, *Salano*, & *Ruthurgo*, consedisse: qui omnes terræ angulos & recessus rimantes, tribus præcipuis locis, *Langumi*, *Stragrus*, & Monti *Salangæ* nomina sua indidisse, quæ temporis longo processu alijs nominibus insigniuntur, videlicet, *S. Dominici Mons*, *Ruthurgi*, & *Stagnum*. Sub hijs tribus filijs eorumque posteris summam rerum obtinentibus, Insula hæc trecentis plùs minùs annis tenebatur: ac tum quidem appulsa etiam est in *Hiberniam* Gigantea quædam Gens è *Nimrodi* stirpe prognata: qui enormi præ alijs hominibus corporis staturâ, & eximiâ specie freti, viribus suis ad Principatus occupandos, ad rapinas etiam & violentiam abutebantur. Cumq; jam in numerosam admodū multitudinem accrevissent, usui sibi fore visum est & perquam necessarium, aliorum dominatum & imperium subterfugere, ne servitutis maledictio, quam *Noachus* vaticinatus esset, in ipsos recideret. Ut igitur sibi melius prospectum esset, Regem sibi de suis constituerunt. Hinc dissidia & contentiones indies exortæ, hinc diversa partium studia, dum vi & armis suum quisque jus retinere contenderunt: donec tandem prælio contra illos commisso, infinita Gigantum horum multitudo cecidisset: quo tempore, plerique etiam de *Iapheti* posteris occubuerunt, relicto *Chami* progeniei Insulæ dominatu.

Veteres Incolæ.

Bartholanus.

Gigantea progenies.

(9) Inde *Nemethus Scytha* cum suis quatuor filijs ad *Hiberniam* appulsus, vi & ferro sedes sibi suas inter hos Gigantes posuit: ubi ducentos sexaginta annos consederunt: cùm autem diutiùs contra illos stare non possent, utpote viribus superiores, cessere tandem sedibus suis, & ex Insulâ demigrârunt.

Starius.
Garbanelus.
Aminus.
Fergusius.

(10) Nec ita multò pòst, quinq; filij *Delæ*, ab eodem *Nemetho* orti, has in oras delati, virtute ac fortitudine freti, illos Infideles Paganos ex *Hibernia* ejecerunt: unde omnis *Chami* soboles prorsus expulsa est, hijque *Iaphethidæ* Insulam omnem in quinq; partes diviserunt, quarum & ipsi fuerunt Reguli. Intestina verò eorum dissidia & contentiones, ansam alijs invadendi dederunt. In quibus *Britanni* etiam pedem posuerunt.

Gandius.
Genandius.
Sagandus.
Rutherianus.
Slanius.

(11) Sed ad majorem & augustiorem hujus Insulæ gloriam astruendā, Historici quidam eorum Reges ab ultimâ antiquitatis memoriâ, eaq; admodum incerta, arcessierunt: nimirum a *Gaothelo* quodam genere *Græco*, & *Scota* uxore, filiâ sc. Regis *Pharaonis* & *Mosis* alumnâ, qui quo tempore *Israelita* in *Ægypto* essent, Coloniam primò in *Hispaniam*, pòst in *Hiberniam* duxerat: ubi ipse Rex constitutus, in honorem Reginæ conjugis suæ ex ipsius nomine, *Scotiam*, Insulam appellavit, unde & Incolis suum nomen. Hujus soboles jam auctior facta in *Hispania*, ubi primùm constiterant, temporis progressu fortunâ porrò experti: & res præclaras ductu quatuor filiorū *Milesij* Regis *Hispaniæ*, *Hiberni*, *Hermionis*, *Everi*, & *Erimonis*, gerere, in animo habuerunt.

Hectur Boëtius.

Fabula *Gaothelus* & *Scota.*

Milesij filij.

(12) Hij, auspicijs, permissu, & auxilijs *Gurguntij Britannorum* Regis freti, cùm jam *Hibernia*, incolis tetrâ & contagiosâ peste penè absumptis, rarius habitata esset, illic consederunt: ac *Hibernus* natu maximus, Insulam de suo nomine *Hiberniam* (ut quidam opinantur) appellavit: hijque omnem Insulam in quinq; provincias suis nominibus celebres & cognitas, *Momoniam*, *Lageniam*, *Connactum*, *Ulzoniam*, & in medio *Midiam* diviserunt. Atq; ab illis *Hibernici* qui hodie sunt, oriundos sese ferunt. Ego verò sicut minimè

Hibernia in quinque provincias divisa.

THE KINGDOME OF IRLAND

Devided into severall Provinces, and the againe devided into Counties. Newly described.

The Gentleman of Ireland

The Gentlewoman of Ireland

The Civill Irish Woman

The Civill Irish man

The Wilde Irish man

The Wilde Irish Woman

Jodocus Hondius celavit

THE WESTERN OCEAN

PART OF SCOTLAND

DIEU ET MON DROIT

HONI SOIT QUI MAL Y PENSE

PART OF ENGLAND

THE IRISH SEA

Dunbritan Fyrth

Ireland

Anglesey

Isle of Man

The Scale of Miles. 5 10 15 20 25 30

Performed by Iohn Speede and are to be sold in Popes head alley by Iohn Sudbury and George Humble. Cum privilegio Anno Domini 1610

NORTH 11 12 13 14 15 16 17

EAST 52 53 54 55 56

nè ambigo,quin seculis longè retroactis,tum cùm humanum genus iterum à diluvio superterræ faciem diffusum erat, hanc Insulam tenuerint Incolæ: ita neutiquam mihi dubium est, quin *Britanni* nostri ipsi in illam penetraverint ; adeò infinitus vocabulorum numerus in *Hibernicâ* linguâ,quæ adhuc usitata sunt,tum antiqua fluminum,Insularum,montium,& locorum nomina, puræ putæq; *Britannicæ* dictiones quæ jam supersunt, hoc ipsum planè loquuntur & evincunt. Huc accedit *Taciti* testimonium,qui ait,eorum mores *Britannorum* conformes fuisse.*Ptolemæus* etiam,qui ante illum scripsit,hanc ipsam Insulam *Parvam Britanniam* vocat. Quæ omnia antiquius quoddam in *Hiberniam* jus demonstrant,quàm quod sub auspicijs & ductu Regis *Henrici* secundi,victoriâ acquisitum fuit.

Tacit. in vita Agricolæ.

(13) *Hiberniam Romanis* unquam paruisse ambigitur: quanquâ enim & *Agricola* id optaverit, & *Tacitus*,maximè necessariũ censuerit;atq; in *Romani* Imperij partitione,*Hibernia* cum *Britannia* & *Thule*, *Constantio* magni *Constantini* filio sortitò obvenerit:tamen mores eorum incompositi & barbaries,longè ab illis temporibus adhuc vigens, satis testantur, nullam etiamdum humanitatem in hoc arvo satam fuisse. Cùm verò magnum illud *Romanorum* Imperiũ mole laborans suâ decrescere cœpisset ; *Scothi* sive *Scythæ* in *Hibernia* invaluere ; & ut *Orosius* scribit, *Arcadio* & *Honorio* imperantibus, hanc Insulam Gens *Scotorum* totam occupavit tenuitque. Quorum & bella & cædes strictim in hoc carmine attingit *Claudianus*.

Hibernia nunquam Romanis subdita.

Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.

(14) Ut verò isti,teste *Ninio*,ut plurimùm veteres illius fuerunt Incolæ,sic secundùm alios antiquioris notæ scriptores,consuetudines eorum & mores hunc in modum describuntur. *Eius Incolæ*, inquit *Strabo*, *Britannis sunt magis agrestes,qui et humanis vescũtur carnibus, et pro honesto ducunt, parentũ mortuorum corpora comedere,ac palam concumbere,non cum aliis modò mulieribus, sed etiã cum matribus & sororibus. Quæ quidem ita referimus*,inquit,*ut fide dignis harum rerum testibus destituti. Pomponius Mela,Hiberniæ cultores inconditos esse* refert, *omnium virtutum ignaros & pietatis admodum expertes. Solinus* etiam memoriæ prodit, *sanguine interemptorum hausto, prius victores vultus suos oblinere. Ita bello armisq; studere,ut puerpera si quando marem edidit, primos cibos gladio imponat mariti,inq; os parvuli summo mucrone inferat, gentilibusq; votis & imprecationibus optet, non aliter quàm in bello & inter arma mortem ut oppetat.*

Sylvestrium *Hibernicorum* mores.

(15) Sed ab hijs vetustioribus & barbaris moribus, ad alios medij temporis transeamus,quos *Giraldus Cambrensis* hijs ferè verbis nobis depingit. *Hibernici*,inquit,*gens corpore valida & robusta,audax naturâ,ingenio acri & bellicoso,agilis, animo sorti & elato,vitæ prodiga,gloriæ avida,hospitibus perbenigna, amore constans, credulitate levis, contumeliæ & injuriæ impatiens, Veneri nimium indulgens, & inimicitijs implacabilis.* In baptismo mos illis fuerat, dextra infantiũ brachia aquis minimè intingere,ut sc.(sic enim crediderunt) letale magis ac incurabile vulnus infligere possent. Parentum nomen liberis quandiu unà viverent nunquam imposuere.Mortuo autem patre,ejus nomen assumit filius.Matribus liberis suis lac præbere,pro probro habitum.Nutrices aliorum infantes alumnos suos amore tanto prosequuntur, ut suos liberos hijsce postponant.

(16) Porro in tantũ vanis & fanaticis animi conceptibus dediti fuerunt, ut vicinis ignem Calendis Maij petentibus præbere,ominosum quidè putarent.Ova comedere numero imparia,mortis periculũ præsentaneum equis denuntiare. Priusquam semen in agro spargatur, salem ad agros mittere solebant.Ut milvus nõ abripiat pullos gallinaceos, ovorũ putamina in tecto suspenderunt.Maio mense ramos arboris virentes ad ædium fores statuere, lactis abundantiam tribuere creditũ est. Pecori inspuere,amuletũ contra Sagarũ fascinationes, quarũ *Hibernia* plena fuit, habitum.

(17) Idololatricæ superstitiones apud *Hibernicos* viguere. Lunæ divinũ honorẽ mox ab Interlunio sive Conjunctione flexis poplitibus & precibus suppliciter adhibitis detulerunt : & sub finem,alta voce Planetam alloquentes,*Tam sanos nos relinque,quàm inveniſti.* Lupos sibi ascivere in patrimos,*Chari-Christ* eos appellantes : sic se ab ijs non læsum iri credentes. Mortuorũ equorũ ungulas pro sacris habuerunt. Puerorum collis principium Evangelij *Iohannis*, clavum etiam obliquum ex equi solea sive ungula acceptum, aut lupinæ pellis particulam,contra omnia infortunia appenderunt:inq; eam rem,gestavere tam nutrices quàm infantes,zonas ex mulierum crinibus artificiosè contextas : eousque in devijs erroribus provecti sunt,cùm hujusmodi ineptijs & delirijs confisi, saluti ac sanitati suæ consultum fore putarent.

(18) Plurimæ illis uxores ob crebra divortia fuerunt : quorum virgines duodecimo ætatis anno nuptijs operam dedere : quibus in more positum fuit,amasijs suis armillas ex suis ipsarum crinibus concinnatas mittere,*Veneris Cestos* hijsce in lenocinijs (ut credo) cogitantes. Viri lineis utebantur indusijs, & illis quidem amplissimis,crocoq; infectis, manicis largioribus,& ad genua usq; fluentibus: tunicellis arctioribus & curticulis,limbis fimbrijsq; in crebras plicas collectis, femoralibus arctissimis : brevi pugione punctim & ad perpendiculum antrorsus præpendente,ac læna sive lacerna sæpissimè capiti inducta.Mulieres comâ sollicitè & ambitiosè complicatâ & contortâ conspiciuntur,capillis ab humeris et tergo dependentibus : capitibus interim tenuissimæ syndonis spiris circumvolutis:quæ gestanti potiùs oneri, quàm intuenti oblectationi sint : nam ut illud ornamento, sic hoc indecorum fuit. Colla monilibus & catenulis, brachia armillis circumplicatis onerârunt potiùs quàm ornarunt : talaribus & demissis quas gerunt vestibus,superinductis etiam villosis sive heteromallis lacernis, limbo altiùs jubato versicolori & variegato.Utrique sexus otio imprimis dediti , ut qui unam reputent libertatem labore carere, summasq; ducant divitias otio indulgere.

(19) In prælijs qui Antesignani & in prima acie dimicabant, quos *Gallogłassios* appellant, securibus usi sunt. Gregarij milites, qui levis armaturæ pedites fuerunt, jaculis amentatis & macharis acutis rem gerunt. Pro tuba, utricularis tibia in usu illis fuit. Tessera autem, sive signum pugnæ, quod in congressu primo usurpant, & acerrimè clamant,fuit *Pharroh:* cui voci qui non responderit, ei (ut persuasum illis fuerat) hoc accidit,ut subito in aerem à terra abripiatur, feraturq; in vallem quandam de *Kerry*, ubi transformatus mansit usque dum venaticis canibus inde domum agitatus esset.

Gallogłassij.

(20) Moribundis mortuisq; præficas quasdam mercede conducunt, quæ cum ægrotis expostulent, quare mori velint. Defuncti autem funus tantis vociferationibus, palmarum complosionibus,ululatibus,gestibusq; prosequuti sunt, ut luctus suos conclamatos & deploratos existimes : *Pythagoricam* illam de metempsychosi animarum è corporibus solutarum, opinionem tenentes.

Fanaticæ eorum opiniones.

Luctus eorum de mortuis.

(21) Quod ad victũ necessariũ ciboscq; attinet, tenui diætâ usi sunt, utpote qui nasturtijs aquaticis,radicibus,fungis,herbis trifoliatis (*Shamrogh* vocant) butyro cum farinâ avenariâ commisto,lacte lactisq; sero,crudis etiam carnibus sanguine expresso libenter vescerentur. Vaccis etiam suis sanguinem mittere consuêrunt, quem paulisper consistentem, & jam concretum & coagulatum, cum butyro avidè tanquam esculentum delicatum comederunt.

Victus ratio.

(22) Quòd Evangelium Christi prædicaverit *Iacobus* Apostolus in *Hibernia*,non affirmârim,quanquam *Vincentius* hoc prodiderit: neq; unà cum *Scotis* Insulæ conversionem à Christianâ quadâ fœminâ arcesserim, quæ Historicis suis referentibus, primùm Reginam, Reginaq; maritum, ipseq; rursus subditos suos instituerit, dum omnes Christo nomen dederunt. Pro verissimo autem constat, *Scotos* in hoc Regno *Hiberniæ* primos Christi fidem amplexatos fuisse. Sic enim *Prosper Aquitanus* scribit : *Cœlestinus Pontifex Romanus Archidiaconum suum Palladium in Britanniam transmisit, ut Pelagiana hæresi obsisteret : qui uno eodemq; tempore hos inimicos gratiæ expulit, Scotisq; Episcopum ordinavit ; unde gens illa Barbara Christianismum recepit. Palladium* tamen morte immaturâ in *Britanniâ* præreptum,in neutro regno quicquam præstitisse,author est *Ninius : S.*verò *Patricium Eiburni*,in convalle ad *Cluidam* fl. natum,*Calphuri* filium ex *S. Martini* sorore susceptum, primum fuisse *Hiberniæ* Apostolum, qui tanto successu cœleste illud Christianæ Religionis semen sparsit,ut solum ipsum brevi *Sanctorum patria* diceretur. De cujus post mortem sepulturâ non minor concertatio exorta est, quàm inter *Græcos* de *Homeri* patria. *Dunenses* ejus sepulchrum sibi vendicant, authoritate quorundam versuum tumulo inscriptorum, qui *Patricium, Brigidam*, & *Columbum* ibidem humatos & sitos testantur. *Armachani* verò hoc ipsum pro se repetunt, testimonio & fide *S. Bernardi* freti, qui ait, *Patricium illic vivum præfuisse,& post mortem ibidem quievisse. Glasconienses* in *Anglia*, è vetustis cœnobij sui monumentis corpus apud sese fuisse sepultum volunt. *Scotia* ipsa ortum illius *Glasconiæ*,defuncti autem ossa & reliquias ad *Kirk-Patrick* humata asserit.Tantâ & tam reverendâ dignatione cultus fuerat *Hibernicus* hic Apostolus.

Vincentius lib. 8. cap. 7.

Christianismus in *Hibernia*.

Ann. Do 431.

Henricus Antissiodorensis.

Certamen de *Patricij* reliquijs.

(23) Hic *Patricius* in juventute suâ à prædonibus *Hibernicis* captus fuerat : & sexennium *Mackhuaino* tanquam servus ac subulcus ejus inservijt : in quâ humili & dejectâ sorte suâ, salutis Insulæ adeò cupidus fuit, ut in somnis visus sibi esset exaudire infantium nondum natorum voces ad eum pro Baptismo inclamantium.Postquam autem ex hac servitute numo aureo in agris reperto,quem sus rostro eruisset,se redemisset ; ingravescente jam ætate *Hiberniam* repetijt, Evangelium annuntiavit, gentem convertit ; & tandem Archiepiscopus *Armachanus* factus est. De cujus & miraculis & Purgatorio, per me dicant alij, quibus & major de illis credulitas, & otij magis ad hoc referendum suppetit. Ego verò,Lector,*Hiberniam* tibi qualis hodie,generatim primò, ac particulatim post exhibebo.

Vita *Patricij*.

BRITISH MUSEUM 22 MY 1913

MOMONIA, ANG. MOVNSTER.

CAP. II.

Limites.

HÆc Provincia, *Hibernicè Mown*, & in usitatiore orationis contextu, *Wown*, *Latinè Momonia*, *Anglicè Mounster*, *Vergivio* mari ad Austrum exposita jacet: ad Septentriones *Connachtiæ* parti prætenditur: ab Ortu, finitimam sibi habet *Lageniam*: ab Occasu, tota Oceano Occidentali alluitur.

(2) In longitudine, à sinu *Ballatimore* Australi limite, ad *Galway* sinum Borealem, nonaginta quasi milliaria colligit. Quà verò latissimè ab Ortu ad Occasum se expandit, scilicet à *Waterfordiæ* portu, ad *Feriteri* portum, centum millia passuum continet. Totius circumferentia secundùm promontoria sinusque & recessus ducta, quingenta plùs minùs & quadraginta passuum millia occupat.

Forma. Cœlum. Solum.

(3) Forma ipsius quadrata sive quadrangularis est. Cœlum mite & temperatum, nec nimis frigoribus gelidum, nec retorrido ardore plus justo calidum. Solum alicubi in montes assurgit, sylvestribus collibus avijs & solitarijs caput exerens: subjectæ verò valles campis arvisque frugiferis distinguuntur; &, ut verbo dicam, Regio universa & aspectu amœna, & solo fertilis.

Veteres Incolæ.

(4) Provincia hæc omnis in duas hodie partes dividitur, *Momoniam* Occidentalem, & *Momoniam* Australem. Occidentalem antiquitùs, LVCENI, VELABRI, & VTERINI: Australem, OVDIÆ sive VODIÆ, & CORIONDI. VELABRI & LVCENI, Authore *Orosio*, eam Regionis partem, quæ maximè in Occasum projecta, & ad *Cantabricum* Oceanum vergens, *Gallitiam Hispaniæ* procul spectat, incoluere. Ac LVCENI quidem *Hiberniæ*, qui à LVCENSIIS *Gallitiæ*, & nomen & originem traxisse videntur, & quorum Reliquiæ quædam etiamnum supersunt in Baronia de *Lixnaw*, sedes suas, ut creditur, in locis *Sineo* flumini vicinis habuerunt.

Commoditates.

(5) Commoditates hujus Provinciæ in genere sunt, Frumentum, Ligna, Lana & Pisces. Horum verò cujusque generis ingens ubique copia est. Nullus autem locus Halecum abundantiâ & capturâ adeò celebris est, ac *Eraugh* Promontorium, quod inter *Bantre* & *Ballatimore* sinú projectum jacet: quò numerosa quotannis *Hispanorum* ac *Lusitanorum* classis, ipso brumali solstitio ad piscandos etiam aiellos confluit.

Hispanorum & *Lusitanorum* piscatura.

(6) Primaria hujus Provinciæ Vrbs *Limiricum*, *Hibernis Loumeagh*, diviso nobilis fluvij *Sinei* alveo circumfusa est. Sedes hæc Episcopalis est, totiusque *Momoniæ* Emporium: à *Raimundo Crasso Anglo* primùm expugnata, ac posteà à *Durvenaldo Hibernico Thuetmoniæ* Regulo incensa. Deinde interjecto temporis intervallo, *Philippo Breoso Anglo* in feudum (ut dicitur) data, & à *Ioanne* Rege Castello munita, quod ipse ibidem exstrui jusserat. Hoc in Castello obsides quidam (ut fertur) dum commorarentur, Ann. Dom. 1332. adeò superbi & insolenter fastuosi extiterunt, ut Præfecto ipsius sive Connestabulario interfecto, Castrum ipsum suæ potestatis fecerint. Cives verò qui hujusmodi barbaram crudelitatem nec probare nec ferre poterant, constanti ac deliberato consilio tanta animi fortitudine & alacritate indignum illud facinus ulti sunt, ut recepto mox Castello, obsides illos ad unum omnes hostili more internecione occiderint. Situs hujus Oppidi, secundùm *Mercatorem*, in Latitudinis 53. grad. & 20. minut. Longitudinis autem grad. 9. & minut. 34. ponitur. Iuxta fluvium illum qui *Ptolemæo Daurona*, & *Giraldo Cambrensi* (pauculis literis immutatis) *Sauranus* & *Savarenus* dicitur, qui è *Muskereiæ* montibus profunditur, *Corcagia* Vrbs Episcopali dignitate insignis, cui & *Clonensis* altera Cathedra adjuncta est, sedet; quæ *Giraldo Corcagia*, *Anglis Corke*, & indigenis *Corcach* appellatur. Hoc oppidum seditiosis vicinis ita circumsessum est, ut cives sive oppidani quasi perpetua obsidione cincti continenter excubias agere coacti sint. Idem; quòd filias in agrum elocare nuptum non audeant, contractis inter se nuptijs, omnes aliquo affinitatis gradu se invicem contingunt. Hoc ipso in loco, *Briocus* ille sanctissimus & imprimis religiosus vir, qui fœcundo illo Sanctorum & Christianorum seculo apud *Gallos* floruit, & à quo *Sanbriochiana* in *Britannia Armorica* Diœcesis, vulgò *S. Brieu*, denominationem sumpsit, & ortus & educatus dicitur.

Hispanorum & Lusitanorum piscatura.

Limericum Momoniæ caput.

Positio *Limerici*.

Corcagia Vrbs.

(7) Vrbs illa, quam *Hiberni* simul & *Britanni Porthlargi*, *Angli* autem *Waterford* appellant, quamvis ultimo in loco memoretur, dignatione tamen ultima non est; cùm secundas in *Hibernia* ferat tam portus opportunitate mercaturæ ac negotiationi accommoda, quàm fide & obsequio in Imperium *Anglicum* semper singulari. Ex quo enim *Richardus Penbrochiæ* Comes eam expugnavit, *Anglis Hiberniam* subigentibus fidem suam omniaque obedientiæ & pacis debita officia *Anglis* præstiterunt. Vnde Reges *Angliæ* plurimas eiamplasque & libertates & immunitates subinde concesserunt, quas *Henricus* septimus auxit & confirmavit.

(8) Quanquam à *S. Patricij* tempore Christianissimus in hac Regione nunquam penitus extinctus fuerit; tamen dum rerum summa in contrarias factiones distraheretur, dum Nobiles legibus immunes, Plebs refractaria & ad libitum suo arbitrio viveret, inde factum est ut Religio apud vulgus & seculare hominum genus, paulatim deferbescere & languescere cœperit; cùm eorum plerique vel prorsus Religionis expertes, vel superstitiosis observationibus penitùs addicti sint. In aliquot enim hujus Provinciæ partibus, homines quosdam in lupos quotannis convetti, & Lycanthropos fieri, nonnulli opinantur. Quod quamvis ab ijs qui fide digni videri volunt, constanter affirmetur, nos tamen illos Lycanthropiâ fortasse morbo medicis appellato corripi arbitremur, ex atræ bilis prædominantis malitiâ, quæ hujusmodi phantasmata gignit procreatque, ut homines sese in lupos transformatos, cùm minimè sint, imaginentur. Aliorum etiam *Hibernicorum* animos non minùs ridicula opinio pervasit & persuasit etiam, illum qui in militari ac barbaro barritu illo sive clamore, quo magnâ vocis contentione in primo pugnæ congressu utuntur, reliquorum vociferationi non respondeat, subitò à terra arripi, & quasi in aëre volantem è quacunque *Hiberniæ* Regione ad quasdam desertas valles deferri; ibi gramine vesci, aquam lambere, rationis quidem, sed non orationis usum tenere, nec malè nec benè sibi esse sentire: à venantibus demum, canum ministerio captum, domum suam reductum iri. Dolendum sanè est, tetrum illum Cacodæmonem tenebrarum patrem, adeò miserè hunc populum depravata fide seduxisse & dementâsse, hosq; errores veritate Christianæ Religionis depulsos & dissipatos nondum fuisse, ut quemadmodum ore vultuque tenus speciem quandam amabilem præ se ferunt, ita etiam interna animarum suarum & mentis gratia minimè destituantur.

Lycanthropia morbus.

(9) Provincia hæc miserè *Desmonij* Comitis rebellionibus devastata fuit, cui in auxilium, *Gregorius* decimus tertius, Pontifex *Romanus*, & *Philippus Hispaniarum* Rex, *Italorum* & *Hispanorum* cohortes aliquot submiserunt; quæ manus non procul à *Dingle* appulsa, & loco ibidem stativis munito, quem *Fort del Ore* vocarunt, universam Regionem minis territabant. Adventus verò *Arthuri*, Baronis *Grey*, *Hiberniæ* Proregis, primo impetu facto rem decrevit, ferro in eorum viscera adacto, & maxima hostium parte è medio sublata. Ipse autem *Desmonius* trepida fugâ in sylvas conjectus, ab irruente milite capite truncatus perijt. Iterum verò cùm Regnum jam *Hiberniæ* in summo discrimine & quasi deploratum esset, *Ioannes d'Aquila* cum octies mille *Hispanis*, spe certa concepta, *Elizabetham* Reginam beatissimæ memoriæ, *Romanorum* Pontificum, *Pij Quinti*, *Gregorij* decimi tertij, & *Clementis* octavi censuris, qui omnes maledictiones suas & excommunicationes in ipsam Reginam effulminârant, Regno esse abdicatam, Comitemque *Tyr-Oenum* sua rebellione *Hibernicorum* animos ad *Romani* Pontificis partes divertisse, propè *Kinsaliam* appulsus terram attigisset, *Carolus Bluntus* Baro Mont-joy, media jam hyeme, brumalique die, militibus suis defessis, *Hispanorum* animos ita retudit, ut unâ victoriâ fastuosam & jactabundam eorum audaciam represserit, *Hibernicosque* jamjam defecturos recuperaverit.

Desmonij Comitis rebellio.

Comitis *Tyr Oenij* rebellio.

Carolus Bluntus Com.

(10) Singularem Deus Opt. Maximus suum amorem & dilectionem erga hanc gentem sæpiùs ostendit, quà paternis quibusdam castigationibus & afflictionibus, partim per ventos, partim per famem & annonæ difficultatem: quà liberali suâ & munificâ manu copiam rerum omnium ipsis in gremium & sinum suppeditando, ut eos ad se converteret, & animos à vanis superstitionibus averteret. Anno 1330. circa Festum *Iohannis Baptistæ*, magna rei frumentariæ caritas, ex inusitatis pluvijs & aquarum diluvionibus incœpit in *Hibernia*, quæ usque ad Festum *S. Michaelis* duravit: adeò ut unus Cranocus tritici viginti solidis venderetur: item Cranocus avenarum octo solidis: itidem pisorum, fabarum, & hordei, tantidem. Eodemque anno, ventorum major vis ita invaluit, ut multa ædificia eorum impetu corruerent, quorum repentino dilapsu & casu multi mortales læsi, multi oppressi prorsus perierint. Quales venti nunquam in *Hibernia* extiterunt.

Anno Dom. 1317. tanta non frumenti modò, sed & cibariorum caritas fuit, ut tritici Cranocus viginti tribus solidis constaret: multique Patresfamilias, qui antè plures sustinuerant, hoc anno ad mendicitatem redacti, nec pauci miserimè fame & inedia absumpti fuerint. Qua fame invalescente, divina miseratio res ita disposuit, ut 27. die Iunij Mensis, anno 1321. ingens marinarum applicaret belluarum, sc. *Thurlheads*, qualis à multis retroactis seculis nunquam conspecta est: unde populus, hoc perdifficili tempore admodum recreatus, plurimùm subsidij & alimenti recepit.

Ædes religiosæ.

(11) Ædes religiosæ in hac Prouincia duæ extiterunt Abbatiæ, ad *Yoghal*; Septentrionale scilicet Monasterium & Australe: duo itidem *Limirici* Cœnobia, nimirum *S. Francisci* Abbatia, & *S. Dominici*. Bina item *Corcagiæ* Cœnobia, Abbatia scilicet *Insulæ*, & *S. Francisci*: uti & celebertimum illud *S. Crucis* Monasterium, quod in honorem particulæ Crucis dominicæ ibi olim (ut ferunt) asservatæ, suis gaudebat immunitatibus & privilegijs illi concessis. Hoc enim credidit Christiana antiquitas. Mirandúmque est & incredibile, quantus cœtibus catervatim hodiéque religionis ergò huc tanquam ad locum sanctum perpetuò confluunt: ea est hujus gentis in avita religione, quam mordicùs etiamnum tenent, perseverantia: & quam supina Præsulum & Doctorum suorum oscitantia & negligentia supra modum adauxit, qui insetas eorum mentes instituerent, & ipsos à suis erroribus, quibus devi aguntur, reducere niterentur.

Gubernatur hæc Provincia à Domino Præside, (cum uno Adsessore, duobus Iurisconsultis Legum peritis, & Scriba) qui esset vindex temeritatis, & moderator officij, ne fortè à fide & obsequio discederet. Olim multifariàm divisa fuerat, viz. in *Towoun*, i. Borealem *Momoniam*; *Deswoun*, i. Australem *Momoniam*; *Hierwoun*, i. Occiduam *Momoniam*; *Meanwoun*, i. mediam *Momoniam*; & *Vrwoun*, i. frontem *Momoniæ*. Hodie autem in hosce Comitatus describitur: *Kerriam*, *Desmoniam*, *Limiricensem*, *S. Crucis Tipperariensis*, *Waterfordiensem*, & *Corcagiensem*. Qui Comitatus *Corcagiensis*, cùm *Desmoniam* etiam continerer, Regnum fuerat. Ita enim Rex *Henricus* secundus in donationis diplomate, quod concessit *Roberto* filio *Stephani*, & *Miloni* de *Cogan*, hijs verbis nominat: *Sciatis me concessisse totum Regnum de Corke (excepta civitate & Ostmannorum Cantredo) tenendum ipsis & hæredibus de me & Ioanne filio meo, per servitium sexaginta Militum.* Comitatum *Waterfordiæ*, Rex *Henricus* sextus dedit *Ioanni Talbot* Comiti *Salopiæ*, cum nomine, stylo, titulo, & honore Comitis *Waterford*. Posteà verò in Regis patrimonium recidit. Quod ad Comitatum *Sanctæ Crucis* attinet, sicut opinio de celebri illo Monasterio multùm diminuta est, ita Comitatus etiam ipse in *Tipperariensi* absorbetur & occulitur. Quinque firmis Castris munitur *Momonia*: sex etiam Oppidis Mercaturam facit: ac sequenti modo dividitur.

Comitatus *S. Crucis Tipperariensis*.

MOMONIA. { Limiricum. Kerry. Corcagia. Waterfordia. Desmonia. S. Crucis in Tipperaria. }

LYMERICKE

Shannon fluvius

A St Johns Streete and Gate
B The thye Bridge
C The Maine Streete of the Citty
D New gate
E Our Ladies Church
F The key
G The Kinges castle
H Thomond bridge
I St Frances Abbey
K St Peters
L St Dominicks Abbey
N The Bishops house
M St Nenshius church
O S Michaells church

THE WEST OCEAN

BAY OF GALWAY

Part Connagh

C. Dyne

The great M Sleukaghty

M. Inchecrowen

L. Grene

Teredagh

M. Nemaries

Great C.

C. Doun Montalan

Dingannbeg

C. Coelyn

Carik Nor

Cloghloghan Drowlew

C. Clancy

Coshell

Lyskery

Enis Kery

Tromra

Donnebeg

Terlogh Mc

Donoghan

Carkmun waskeneragh

Teg Mc Mahond and Terlough Mc Bryne

Crobraken

Dynghan

Kaordoghan

Donemore

Kellegh Mahond

C. Kett

Moore bay

Clouls Balre

Beltre

Kilcruan

Donoghan

Carigoll

Killore

C. Diane

Sennon Fl.

E. Castre

C. Nereon

C. Colman

Mc Grenogh

Lyskellan

Talace

B. Laghera

C. Gorgrey

Promne

Cirenand

COM. LEMMERICK

C. Naishe

Knigh of y Valley

Knock Patrick

E of Desmond

Asketen

Ballyleghan

New castell Kerey

Gatton

C. Englis

Carick phol

Clan Mores

C. Manian

Baron of Lixnay

Lysloul:

O. Coner Kerey

Erragh

Lacternon

C. Leane

C. Sanan

Cadame

M. Ratwh

Newtowne

Lixnayo

Kighlay

Michaem

Mc Evrl tyson

Mc Donell Rymer

Fiened

Hags

COM. KERY

B. Fruer

Kylnolan

Slew Logher E. of Ghyldar

Muskery

Gaghmogh

C. Drynad

Bernagh

E. of Desmond

Kylnusterey

Arne Craigh

C. Mang

Mc Kylnaghe

Kylh arnon

Hagh adow

Lough

E. of Glan carta

B. Lyster

B. Ecchis

L. Castell

Lyx flu

Catherlough

Slowboy

Klare de Rough

B. Horney

C. Majroune

Mc Donogh Moore

O. Donegh

Glan Flyx

Donaila

Slew Muskere

Muskere

Mc Carta Rough

S. Owin oswiliyant Bautrey

Molloghyster

O. Donenant Clan Dormond

C. Donenan

Mc Cartarough

C. Done

Carrowcarbre

S. Peter Carew Moenter

C. Skyrr

Mahund Eragh

Rosstrenon

Kilgo

Drishall

Laternis

C. Dran

C. Perles

Tray

Cartomelone

Longhyne

Rock Goskon

Gosson haven

Ballatimore Bay

Helornhen

Cape Clear

Cum Privilegio

Jodocus Hondius Caelavit

Myssen head

Beare horne Bay

Can Brow

Down Lough

Kilmore

Donoghan

Comyn Tolder

Bord Ile

O. Coner

Towne

Mc Ghedigh

Mocolagh Mc

The Catt

Boyle Dorses

Kilmore

P. Chest

Caryhee

Loughan

Pellyre

Skyrr

Knychone

Donehoy

Knockhore

Cahirs

Scale Banbe

B. Keale Great Ile

Flu.

Mare

Flu.

Lomaus

Ardy Mont

Slew nieſk

Abby Colle

Forrostrand

Flu. Lome

Mc Carta Rough

Mc Owin oswiliyant Bautrey

Molloghyster

Knock unan

Tomc

Cla

Mc Donenan Clan Dormond

C. Donenan

Mc Cartarough

C. Done

Carrowcarbre

Rosse

Doren

Mc Bauny

Tyaquilath

Clayhen

Kilga

Ballaunty

Drishall

Laternis

C. Dran

C. Perles

Tray

Cartomelone

Longhyne

Rock Goskon

Gosson haven

Ballatimore Bay

Helornhen

Cape Clear

Cum Privilegio

Slew Dakean

Mc Donogh Moore

O. Donegh

Glan Flyx

Donaila

Slew Muskere

Muskere

Mc Carta Rough

S. Owin oswiliyant Bautrey

Molloghyster

O. Donenant Clan Dormond

C. Donenan

Mc Cartarough

C. Done

Carrowcarbre

S. Peter Carew Moenter

C. Skyrr

Mahund Eragh

Rosstrenon

Kilgo

NORTH

PART OF THE PROVINCE OF MOUNSTER

of Connaugh

ORMOND

COUNTY ONoght

TYPPERARY

Earle of Ghyldare

COM. CORKE

COM. WATERFORD

Lord Power

Barre Moore

Corke

Kynsale

M.ᶜ Carta Rough

Barre og

Waterford

EIN STER

Performed by John Speede and are to beſolde in Popes: head Alley againſt the exchange by Iohn Sudbury and George Humble Anno Domini 1610.

CORCKE

1 Chriſts Church	10 The now Fort
2 S. Peters Church	11 The Biſhops houſe
3 S. Francis Abbey	12 The Ports
4 Abbey of ỹ Iſle	13 The Entrance Fort
5 S. Barries Church	14 The Walke about
6 The Spyre	15 The Waye to Kynſale
7 Holly Rode	16 Shandon Caſtle
8 S. Stephens church	17 The Hills commanding
9 S. Auguſtines.	the Towne

SOUTH

MOMONIÆ Diuiſio.

1. Limericke.
2. Kery.
3. Corke.
4. Waterford.
5. Deſmond. Holicroſſe in
6. Tipperary.

A
Adam, *Ker. B.*
Adam, *Cor.C.*
Adare, *Lim.*
Agamer, *Cor.*
Agrim, *Deſ.L.*
Annagh, *Tip.*
Anno, *Wa.B.*
Ard Collum, *Tip.*
Ardey, *Deſ.*
Ardey-mount, *Deſ.*
Ardmale, *Tip.*
Ardmore bay, *Wa.*
Ardmore, *Wa. C.*
Arſsky, *Lim.*
Armagh, *Lim.*
Arne Cragh, *Ker.*
Arpenes, *Cor.C.*
M.Bryne } *Tip.*
Arra,
Artenay, *Deſ.*
Arthully, *Deſ.*
Arundell, *Cor.C.*
Asketon, *Lim.*
B
Ballatimore bay, *Deſ.*
Ballatimore hauen, *Cor.*
Ballen, *Cor.C.*
Balendred, *Cor.M.*
Balley, *Cor.C.*
Baloughmore, *Tip.*
Baloughnan, *Cor.*
Ballyleghan, *Lim.*
Banday, *Lim.*
Bande flu.
Barony of Kellpellell, *Ti.*
Barremore, *Cor.*
Barrecourt, *Cor.*
Barremore, *Cor.*
Barre-og, *Cor.*
Lord } *Cor.*
Barry Iſland,
Bautrey, *Deſ.*
Bautrey flu.
Bautry, *Deſ.M.*
Bay, *Lim.C.*
Bayle. *Deſ.*
Beare horne bay, *Deſ.*
Bedechemen, *Ker.*
Bed, *Lim.B.*
Beere hauen, *Deſ.*
Beg flu.
Beghes, *Tip.B.*
Bein kirty, *Lim.*
Belilas, *Tip.*
Bernogh, *Ker.*
Berwell, *Cor.B.*
Biſhops, *Tip.*
Blackrock, *Cor.*
Blaſquo ſound, *Ker.*
Bockes, *Ker.*
Boer, *Lim.B.*
Boldauk flu.
Borare, *Tip.*
Botenant, *Cor.*
Vicount } *Cor.*
Boteuant,
Boy, *Wa.C.*
Bratey, *Lim.*
Brauer, *Lim.*
Braeykley, *Lim.*
Breer, *Lim.B.*
Brid flu.
Bridge, *Wa.C.*
Britaſt, *Tip. B.*
Broad Ile. *Deſ.*
Bronne, *Lim.*
Bryne, *Lim.*
Buguin *Wa.B.*
S. Tilbot } *Tip.*
Butler,
Buton, *Wa.B.*
C
Cadone, *Ker.*
Caer, *Tip.*
Caer, *Tip.*
Caer, *Tip.M.*
Caere flu.
Caere, *Ker.M.*
Caerdraken, *Cor.*
Caernonogher, *Tip.*
Caherilon *Ker.C.*
Calmyn, *Cor.C.*
Caloeghan. *Deſ.O.*
Camyte, *Tip.*
Canane, *Cor C.*
Can Brow, *Deſ.*
Can Brigh, *Ker.*
Can Truſh, *Deſ.*
Canerough, *Cor.*
Caniconill, *Wa.*
Cankling, *Cor.*
Canre, *Cor.C.*
Cantorke, *Deſ.C.*
Canum, *Lim.B.*
Cape knowne, *Wa.*
Cape cleare, *Deſ.*
Capell Ile, *Cor.*
Capogh flu.
Carbre, Ca. *Ker.*
Caregan, *Cor.C.*
Carennow, *Cor.*
S. Peter } *Deſ.*
Carew,
Carewmore, *Wa.*
Cargonia, *Lim.*
Carick-nifeild, *Ker.*
Carick-necoſſy, *Deſ.*
Carick-phole, *Ker.*
Carienes, *Deſ.*
Carigonia, *Wa.*
Carigray, *Tip.*
Carick, *Lim.*
Carick-neuer, *Cor.*
Carick-capell, *Cor.*
Carick-done, *Cor.*
Carickmona, *Wa.*
Caricknogh, *Cor.*
Carybres, *Deſ.*
Carychotar, *Cor.*
CARYCK, *Tip.*
Cariconan flu.
Caryk dred, *Cor.*
Cary krown, *Wa.*
Carroweatbre, *Cor.*
Carta-Rugh, *Cor.M.*
Cartatough, *Cor.M.*
Carta-Rugh, *Cor.M.*
Cartomelone, *Cor.*
Caſhell, *Tip.*
Caſtelan, *Tip.*
Caſtelan, *Cor.*
Caſtellan, *Wa.L.*
Lough } *Ker.*
Caſtell,
Caſtelton, *Lim.*
Caſtelton, *Tip.*
Caſtilton, *Cor.*
Catherlough, *Ker.L.*
Catre, *Ker.E.*
The } *Deſ.*
Catte,
Cats, *Ker. L.*
Cats, *Cor.*
Checo, *Deſ.P.*
Chera, *Cor.B.*
Chergraue, *Cor.*
Church, *Deſ.N.*
Citie, *Ker.B.*
City, *Deſ.*
Clancarby, *Lim.*
Clangryne, *Cor.*
Clankard, *Tip.*
Clan Mores, *Ker.*
Clan dormond, *Deſ.*
Claragh, *Tip.*
Clegle, *Cor.B.*
Clenſier, *Tip.B.*
Cloge, *Wa.C.*
Clogh, *Cor.C.*
Cloghan, *Tip.B.*
Cloghen, *Deſ.*
Cloghiaten, *Lim.*
Cloghlogan, *Cor.*
Cloney, *Tip.*
Cloney, *Wa.*
Cloney, *Cor.*
Clone calker, *Wa.*
Clon kery, *E.M.*
Clonemoghe, *Tip.*
Clonmell, *Tip.*
Clonmyne, *Cor.*
Clonomell, *Ker.*
Cods-head, *Deſ.*
Colyna, *Lim.*
Combur, *Deſ.*
Comyn Tolder, *Deſ.*
Comyn, *Cor.C.*
Cone, *Cor.C.*
Coner, *Deſ.O.*
Coner kerey, *Ker.O.*
Conick, *Lim.B.*
Coragh flu.
Coragh, *Cor.M.*
Corbeg Iland, *Cor.*
Corck hauen, *Cor.*
CORCKE, *Cor.*
Coridone, *Ker.*
Corkenny, *Tip.*
Cormog, *Cor.C.*
Corre, *Cor.B.*
Copingar, *Cor C.*
Coſmay, *Lim.*
Cotton Ile, *Cor.*
Craone, *Cor.C.*
Crock, *Wa.B.*
Crome, *Lim.*
Cromewell, *Ker.*
Crow, *Ker.*
Crow, *Tip C.*
Cray, *Cor.*
Cureney, *Ker.C.*
D
S. } *Cor.*
Dermond Mateg,
Delees mountaines, *Wa.*
Vicount } *Wa.*
Deſees,
Earle of } *Ker.*
Deſmond,
Earle of } *Lim.*
Deſmond,
Diane, *Ker.C.*
DINGLE, *Ker.*
Dingle hauen, *Ker.*
Dingle bay, *Ker.*
Dologh, *Cor.*
Dolos, *Ker.C.*
Donay, *Wa.C.*
Doncawin, *Cor.*
Dondanor, *Cor.*
Done, *Cor.C.*
Doneboy, *Cor.*
Donedody can, *Cor.*
Donegh, *Deſ.O.*
Done kyllyn, *Ker.*
Donekyne, *Deſ.*
Donell, *Wa.C.*
Donelow, *Ker.*
Donelough, *Cor.*
Donelre, *Wa.*
Donemay, *Deſ.*
Donemore, *Cor.C.*
Donemore, *Cor.*
Donenan, *Deſ C.*
Donenant, *Deſ.O.*
I. M. } *Ker.*
Donell rimer,
Done Pattick, *Lim.*
Donesky, *Tip.*
Donin, *Cor.*
Donoghan, *Deſ.*
Donoghil, *Tip.*
Donogh-moore, *Deſ.M.*
Donyn, *Cor.C.*
Doreley, *Tip.*
Doren, *Cor.*
Dorſes, *Tip.*
Dorſes, *Tip.*
Douaila, *Deſ.*
Dougner, *Cor.*
Doule, *Tip.*
Down lough, *Deſ.*
Dran, *Cor.C.*
Driſhall, *Cor.*
Droindone, *Cor.*
Droma M. cake, *Wa.*
Dromanny, ca. *Wa.*
Dromeny, *Lim.*
Dromboy, *Cor.*
Dromena, *Wa.*
Dromin, *Lim.*
Drouth, *Lim.B.*
Drynad, *Ker.C.*
Dulegan flu.
Dungaruan, *Wa.*
Dungaruan hauen, *Wa.*
E
Eccles, *Ker.B.*
Iohn Fitz- } *Cor.*
Edmond,
Eglohill Rahama, *Ker.*
Elogh, *Cor.B.*
Emeley lands, *Tip.*
Engliſh, *Lim.C.*
Eniſhone, *Cor.*
Eniskin, *Cor.*
Eragh, *Deſ.*
Erragh, *Ker.*
Eyrleyſon, *M. Ker.*
F
Farſehanet, *Tip.*
Fathleg, *Wa.*
Fereter, *Ker.B.*
Ferrter hauen, *Ker.*
I. } *Deſ.*
Fermore,
Fetherd, *Tip.*
Fiened, *Ker.*
Fiue Caſtles, *Cor.*
Flyx flu.
Forreſtrand, *Deſ.*
Fortune, *Cor.C.*
Foy flu.
Foyne, *Lim.*
Fox, *Wa.C.*
Freer, *Ker.B.*
Fyn, *Tip.B.*
G
Galbally, *Tip.*
Gally, *Ker.C.*
Galter, *Wa.B.*
Galter, *Wa.*
Galton, *Lim.M.*
Garanleghan, *Tip.*
Garne, *Lim.B.*
Garnis *Deſ.*
Gart, *Lim.B.*
Garundie, *Tip.*
Gaſcon hauen, *Cor.*
Gatten flu.
Ghedagh, *Deſ.*
Ghedy, *Lim B.*
Gher lough, *Lim.*
Gheragh, *Wa.C.*
Earle of } *Lim.*
Ghyldare,
Earle of } *Ker.*
Ghyldare,
Ghylligray, *Cor.M.*
Glan, *Lim.C.*
Glancarta, *Ker.*
Earle of } *Ker.*
Glancarta,
Earle of } *K.*
Glancarta or
maccart more,
Glan flyx, *Deſ.*
Glancebone, *Wa.*
Glanguely, *Tip.*
Glore, *Tip.*
Gnyne, *Cor.B.*
Grace, *Wa.C.*
Graceden, *Wa.*
Grand, *Tip.B.*
Grange Gleboyne, *T.*
Gray, *Tip. B.*
Great Iſle, *Deſ.*
Grecordogh } *Wa.*
condain,
Grecken, *Lim.*
Gregory, *Ker.C.*
Grenand, *Tip.*
Grenand, *Lim.C.*
Grenand, *Tip.*
Grenogh, *Lim.M.*
Goelen, *Tip.*
Gorgrey, *Lim.C.*
Goule, *Tip.M.*
Gule, *Tip.*
H
Haghada, *Cor.*
Haghadow, *Ker.*
Haghea, *Tip.*
Haghwalla, *Ker.*
Halan, *Lim.B.*
Hallay, *Cor.*
Hell, *Deſ.*
Helonhen, *Deſ.*
Helwick point, *Wa.*
Helyn, *Ker.E.*
Herbert, *Tip.B.*
Hewart, *Lim.B.*
Heska, *Cor.*
Hilliobergians, *Deſ.*
Hoe, *Lim.B.*
Hogs, *Ker.*
Holay, *Lim B.*
Hologh, *Cor.B.*
Holy croſſe, *Tip.*
Honnu flu.
Horney, *Cor.B.*
Horpe, *Tip.*
Hovies, *Ker.*
How, *Tip.B.*
Howen, *Tip.B.*
I
Iſland, *Ker.C.*
Inche, *Cor. C.*
Inche, *Cor.C.*
Inche flu.
Inchegrade. *Cor.*
Incheguin, *Cor.*
Inſlonogh, *Tip.M.*
Irayle, *Ker.M.*
Iuerick Iſle, *Wa.*
K
Kaer, *Cor.*
Kaertrent, *Ker.*
Kahadda, *Cor.*
Kan mary, *Deſ.*
Kankune, *Cor.*
Karne, *Cor.*
Kattoll, *Tip.*
Keale, *Deſ.B.*
Keff, *Deſ.O.*
Kelden, *Lim.*
Kelkone, *Wa.*
Kellone, *Deſ.*
Kellpellel. *See* Barony.
Kelrelſnoll, *Tip.*
Keltenen, *Tip.*
Kelwear, *Lim.*
Kenedy fyn, *Tip.O.*
Kenedy Or- } *T.O.*
mond Done,
Kenedy Roe, *Tip.O.*
Keniſhtuth, *Cor.*
Kerues, *Deſ.O.*
Kighlay, *Ker.*
Kilbare, *Wa.*
Kilberck, *Tip.*
Kildareth, *Cor.*
Kilfraer, *Lim. M.*
Kilgo, *Cor.*
Kilgobin, *Cor.*
Kilkenny, *Tip.*
Killare, *Cor.*
Kilmalck, *Lim.*
Kilmoghney, *Tip.*
Kilmoghney, *Tip.*
Kilmokwods, *Cor.*
Kilmore, *Deſ.*
Kilmure, *Deſ.*
Kilny Colle, *Deſ.*
Kinſaleheg, *Wa.*
Knaum, *Tip.*
Knight of the } *Lim.*
Valley,
Kno. Brandon, *Ker.*
Knochone, *Deſ.*
Knochorden, *Tip.*
Knock-bernella, *Tip.*
Knock dromed, *Cor.*
Knock eroglo } *Ker.*
Skardy,
Knockgraffon, *Tip.*
Knockhore, *Deſ.*
Knockhote, *Wa.*
Knock money, *Lim.*
Knocknur, *Deſ.*
Knock Patrick, *Lim.*
Knock Recket, *Wa.*
Knockſaloghil, *Tip.*
Knockſhelbren, *Cor.*
Knock vnion, *Deſ.*
Knock weldon, *Wa.*
Knoclonio, *Lim.*
Korkbeg, *Cor.*
Kylbrytayn, *Cor.C.*
Kylcaſſe, *Tip.C.*
Kylhagha, *Ker.M.*
Kylhannon, *Ker.*
Kylhuſteney, *Ker.*
Kylin Thomas, *Wa.*
Kylmayglin, *Cor.*
Kylne mannogh, *Tip.*
Kylnoglote, *Ker.M.*
Kylnolan, *Ker.*
Kylphell, *Tip.*
Kylyland, *Ker.*
Kylygray, *Cor.C.*
Kylynan, *Lim.*
KYNSALE, *Cor.*
Kyrnenan, *Ker.*
The Knight of } *K.*
Kyry,
L
Lacrenon, *Ker.*
Laghera, *Lim B.*
Lancan, *Cor.*
Lanras, *Deſ C.*
Lany, *Deſ.E.*
Laternis, *Cor.C.*
Leaner, *Ker.L.*
Legh lough, *Deſ.*
Lemcon, *Deſ.*
Lemortkaol, *Ker.*
Leſtfyn, *Cor.*
Letter, *Ker.C.*
Leughan, *Tip.B.*
Likodone. *Lim.*
LIMERICK, *Lim.*
Lander, *Ker.C.*
Liſegriffan, *Cor.*
Liskin, *Lim.B.*
Liſmalin, *Tip.*
Liſmolkey, *Tip.*
Liſmore, *Wa.*
Liſronogh, *Tip.*
Lixnayo, *Ker.*
Loaghyne, *Cor.*
Lome flu.
Longhi l, *Lim.C.*
Lon mayne, *Ker.*
Lough, *Cor.C.*
Lough, *Cor.C.*
Lough, *Ker.*
Loughman, *Tip.*
Loughan, *Deſ.*
Lough Barnſey, *Deſ.*
Lough of Inets, *Tip.*
Lyna, *Lim.B.*
Lynyllio, *Cor.C.*
Lyons, *Cor.*
Lyſtoule, *Ker.*
Lyſtor, *Ker.B.*
Lyx flu.
Baron of } *Lim.*
Lyxnay,
M
Mac Owine, *Lim.*
Magonien, *Ker.*
Magriffin, *Tip.*
Magronne, *Cor.C.*
Mahund, *Deſ.*
Mac-mahund, *Cor.*
Malhanna. *Cor.M.*
Malogh, *Cor.C.*
Manamore. *Deſ.M.*
Mang, *Ker.C.*
Mang flu.
Manian, *Ker.C.*
Mare flu.
Mare, *Cor.C.*
Mare, *Tip.B.*
Marow, *Ker.E.*
Martir, *Cor.*
Mayne flu.
Michael, *Deſ.M.*
Michaen, *Ker.*
Miles lough, *Wa.*
Minet, *Ker C.*
Mockarle, *Tip.*
Mockay, *Tip.B.*
Mocolagh, *Deſ.*
Moenter vary, *Deſ.*
Moghan flu.
Moghell, *Wa.M.*
Mogobert, *Tip.*
Mokella, *Cor.*
Moleſhen, *Lim.*
Mollinax, *Tip.*
Mollochideere, *Deſ.*
Mollogaſſhe, *Deſ.*
Molloghmona, *Wa.*
Mollogh flu.
Molloghen, *Wa.*
Monegh. *Cor.M.*
Monhard. *Tip.*
Monks, *Cor.B.*
More, *Deſ.C.*
More flu.
Mores, *Ker.*
Moore. *Deſ.*
Moore flu. or } *Deſ.*
Brodwater,
Mountaines } *Wa.*
delees,
Muskere-Querk, *Tip.*
Muskere, *Cor.*
Muskery } *Ke.*
Gaghnogh,
Myles, *Cor C.*
Mysket flu.
Myſſen head, *Deſ.*
N
Narra, *Lim.C.*
Narrowater, *Cor.*
Naſhe. *Lim.C.*
Nath, *Cor.B.*
Nay, *Tip.B.*
Neith, *Tip.B.*
Neuer, *Cor.C.*
Newcaſtell, *Wa.*
Newcaſtell kenry, *Li.*
Newcaſt, *Wa.*
Newchurch, *Wa.*
Newtowne, *Ker.*
Newtowne, *Lim.*
Newtowne. *Wa.*
Nicoll, *Tip.B.*
Nody, *Tip C.*
Noght, *Tip.O.*
Non, *Ker C.*
Now, *Tip.B.*
O
Ogge, *Cor.*
Ogham, *Lim.*
S. Owin Oſwiliant, *D.*
Ottan, *Ker.M.*
P
Palace, *Tip.*
Palace, *Lim.*
Palace, *Wa.*
Palace, *Ker.*
Palace-lough, *Tip.*
Paſſage, *Wa.*
Pelgoran, *Deſ.*
Perſes, *Cor.C.*
The 12. great } *T.*
Hilles of
Phelem Ghe
madona,
Phillips, *Cor.*
Piltowne, *Wa.C.*
Polloguere, *Tip.*
Polloguere, *Cor.*
Pollydragh, *Deſ.*
Pollyre, *Deſ.*
Lord } *Wa.*
Power,
Pracok, *Cor.*
Pracok, *Cor.*
Q
Quella, *Cor.B.*
Point Bally } *Wa.*
Quella,
Quella, *Wa.B.*
R
Rabbe, *Lim.*
Rabony, *Lim.*
Raffenin, *Cor.*
Raghanan, *Lim.*
Rahuſt, *Cor.*
Ranaker, *Tip.*
Raphone, *Cor.*
Rariglas, *Cor.*
Rathan, *Cor.M.*
Ratoh, *Ker.M.*
Ray, *Cor.B.*
Ray, *Cor.C.*
Redman, *Cor.C.*
Renie, *Cor.B.*
Renlon. *Deſ.I.*
Rephnogh flu.
Reſeletan, *Cor.*
Rikard, *Cor.C.*
Rumbella flu.
Ringer, *Cor.*
Ringrango, *Cor.C.*
Riſhe Iſle, *Ker.*
Robe, *Lim.C.*
Roch, *Cor.L.*
Roch, *Tip.B.*
Rock-glaskon, *Cor.*
Romore, *Lim.*
Roretogh flu.
Rosbrenon, *Deſ.*
Roſle, *Cor.*
Roſthyche, *Cor.*
Iohn } *Wa.*
Reynogh,
The great } *Ker.*
Ryghes,
S
Salmon-lap, *Deſ.*
Sanan, *Ker C.*
Sartbeg, *Tip.*
Saton, *Lim.*
Seauen Caſtles, *Cor.*
Seale, *Deſ.*
Serone calp, *Cor.*
Sewer flu.
Sewer flu.
Sharen, *Cor.B.*
Sheappoly, *Cor.*
Shepes-head, *Deſ.*
Shroe, *Ker.E.*
Sibbell, *Ker.C.*
Simon, *Tip.B.*
The three } *Ker.*
Siſters,
Skryne, *Lim.*
Skryſt, *Deſ.*
Greene } *Ker.*
Skyllyghe,
Skyrt, *Wa.C.*
Slew, *Wa C.*
Slew Anerogh, *Ker.*
Slewbranogh, *Tip.*
Slewboyne, *Wa.*
Slew dakean or } *D.*
Paps,
Slew logher, *Ker.*
Slew malora, *Cor.*
Slew muskere, *Deſ.*
Slew nieak, *Deſ.*
Slew noman, *Tip.*
Slowboy klan } *Deſ.*
de Rough,
Soronned, *Tip.*
Speaking ſtone, *Wa.*
Spred, *Cor.B.*
Stene, *Lim.C.*
Sterland, *Lim.*
Straghan, *Lim.*
Stramo, *Wa.*
Stranmore bay, *Wa.*
Carick } *Tip.*
Sulphyn,
Swylyuant } *Deſ.O.*
moore,
T
Tagnelath, *Deſ.*
Tammay, *Lim.*
Tarne, *Tip.C.*
Tarſne, *Tip.*
Taſhell, *Tip.*
Tebben, *Cor.B.*
Templehoran, *Tip.*
Templemore, *Tip.*
Terſney, *Lim.B.*
Thomas, *Lim.B.*
Traghware, *Deſ.M.*
Tranakan, *Cor.*
Tray, *Wa.*
Tremayne, *Wa.*
Trena, *Cor.*
Tollagh, *Cor.*
Tomalegh, *Cor.M.*
Tomelegh flu.
Toragh flu.
Torbet, *Lim C.*
Torloboy, *Lim.*
Totes, *Cor.B.*
Towne. *Deſ.*
Typpelbragny, *Tip.*
V
Vakere, *Wa.*
Valentia Iſland, *Ker.*
Ventray, *Ker.*
Vochbeg, *Tip.*
Voch, *Cor.*
W
WATERFORD, *W.*
Waterford hauen, *Wa.*
Wenis, *Deſ.I.*
Weſtell, *Wa.B.*
Whitechurch, *Cor.*
White-knight, *Wa.*
White-knight, *Lim.*
Wilton, *Lim.B.*
Woday, *Deſ.E.*
Wodings, *Tip.B.*
Y
Yearow, *Tip.*
Youghall, *Cor.*
Youghall hauen, *Wa.*

Limites.

